Presented to the Library
OF THE
University of Toronto.
BY
G. R. R. Cockburn M. P.
Toronto

March 29 1890

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/tragoediae00euri

# BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

---

A.

## POETARUM

VOL. XI.

CONTINENS

## EURIPIDIS MEDEAM, HECUBAM, ANDROMACHEN ET HERACLIDAS.

ED.

AUG. JUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

---

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXIX.

LGr
E89Pf

# EURIPIDIS

# TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM
INSTRUXIT

AUG. JUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

VOL. I. SECT. II.

CONTINENS

## HECUBAM.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXIX.

575
29/3/1840 b

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

# ΕΚΑΒΗ.

---

## ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

*ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.*

*ΕΚΑΒΗ.*

*ΧΟΡΟΣ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.*

*ΠΟΛΥΞΕΝΗ.*

*ΟΔΥΣΣΕΥΣ.*

*ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.*

*ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.*

*ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.*

*ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ ΚΑΙ ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ ΑΥΤΟΥ.*

# ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

# Ε Κ Α Β Η.

## PROOEMIUM.

Multae saepe ac graves Criticorum dissensiones de verborum significatione aut de integritate scripturae contentiones fuerunt; sed ubi magis dissideant hominum iudicia et tanquam adversa fronte confligant, haud facile reperias, nisi in ea parte interpretationis, quae versatur in disceptandis scriptorum virtutibus ac vitiis exigendisque ad artis praecepta monumentis poetarum. Quo quidem in genere quum ad sensum pleraque, minime illum explicatum et quodam illustratum quasi lumine rationis et scientiae, referantur, neque regula quaedam certa ac stabilis iudicandi possit constitui: perdifficilis est atque ambigua conditio et veri inveniendi et cavendi erroris. Quodsi quis pravas etiam ac praeiudicatas opiniones attulerit, neque, quod faciunt multi eorum, qui antiquorum iudices poetarum esse volunt, aut ipse discedere possit a placitis quibusdam ac decretis illorum, qui quid recte fieret in poesi quid secus disciplinae ratione comprehenderunt, aut discrepare alios patiatur: quid aliud nisi multa eadem de re dici necesse est, quae et pugnent inter se et in eum, de quo fit iudicium, inique dicantur? Id autem quum aliis saepe, tum iis maxime accidisse videtur, qui de tragicis Graecorum poetis scripserunt: in quibus non reperio quem aut admirati magis sint nonnulli propter quandam divinam ingenii et artis praestantiam, aut gravioribus alii criminibus impugnaverint praeter eum, cuius hoc ipso tempore fabulam, non sane optimam, sed aliquanto tamen, si quid video, quam putatur meliorem in lucem emittimus. Quanquam quum in reprehensoribus poetae quidam nobiles sint et eximii viri, plures esse suspicamur, qui quid peccaverit exprobrare quam quid bene gesserit explorare malint. Ac nobis tametsi neque laudare Hecubam neque reprehendere consilium erat, tamen, quum visum esset de nonnullis rebus, quae ad interpretationem huius fabulae pertinerent, neque satis commode in illis annotationis angustiis tractari possent, seorsim dicere, rem haud ingratam lectoribus nos facturos existimavimus, si eadem opera aliquid simul attulissemus praesidii illis, qui de universa illius tragoediae ratione rectius iudicare vellent.

Argumentum igitur Hecubae depromptum est ex memoria excidii Troiani, unde petitas duas res consociavit poeta, immolationem Polyxenae ad tumulum Achillis, et Polymestoris, Thracum regis, ob interfectum Polydorum, Hecubae filium eundemque ipsius tutelae commissum, vindictam. Ita factum est, ut duplex esset non solum actio, sed locus etiam, ubi res agerentur, Thraciae Chersonesus et Troia. Ac de loco postea videbimus; actiones autem quas dixi duas, nisi egregie fallor, coniungi necesse fuit, aut, si coniungi sine vitio non possent, totum argumentum relinquendum. Sed illa reprehensio tota qualis tandem est? Neque enim, ut opinor, eam vim habet hoc praeceptum, quod excludit eiusmodi varietatem argumenti, ut nulla sit bona fabula, nisi quae simplicem habeat actionem, sed illa vel optima censenda est, qua res diversae ita sunt comprehensae et quodam mixtae quasi temperamento, ut eae ad unum tamen eundemque finem conspirent. Quid est enim, cur desideretur in tragoedia unitas actionis? nisi quod coniunctis, quae aut singula aptam tragoediae materiam praeberent, aut aliquid saltem haberent, quod longius evagaretur et exuberaret quodammodo, fieri non potest, quin, absoluta una parte et consumptis metus ac miserationis affectibus, ad reliqua minuatur attentio et languescat studium spectandi. Atque in Hecuba quidem tantum abest, ut aliquid abundare videatur, ut, detracta alterutra parte, imperfecta sit haec fabula futura. Sed quo magis quid de illius compositione sentiamus perspiciatur, argumentum ordine explicabimus.

Prologi partes agit simulacrum Polydori, qui, quum esset tertio abhinc die occisus ab hospite opibus ipsius potituro et in mare proiectus, impetrasse se a Diis inferis narrat, ut incideret in manus matris et sepulturae honore afficeretur; venisse autem Hecubam a Troia in Chersonesum, quod erat regnum Polymestoris, cum exercitu Graecorum; quem constitisse in ora illius terrae, quod visus esset supra tumulum Achilles Polyxenae caedem expostulans, eamque fortissimo quondam heroi datum iri. Inde Hecuba progreditur et dira narrat somnia, ex quibus in maximum de fortuna Polydori et Polyxenae metum inciderit. Ac de filia haud vanam fuisse sollicitudinem statim cognoscitur, choro Troianarum mulierum nuntium afferente decreti quod fecerant Graeci de immolanda Achilli Polyxena. Graves inde Hecubae lamentationes, et evocatur Polyxena, quae, audita re, et ipsa flebiles fundit querelas, magis tamen ut orbam matris senectam quam suam ipsius vicem doleat. Iam vero adest Ulixes, perferendis exercitus mandatis et abducendae virgini delectus, quem Hecuba commemorato vitae servatae beneficio et precibus multis ac miseratione permovere studet, ut neque ipse filiam ex matris amplexu avellat, et Graecis aliam esse victimam Achilli tribuendam persuadeat. Contra illo disserente negari hoc munus fortissimo viro non posse, quum filiam Hecuba, ut suas ipsa preces adiiceret, hortata esset; tanta conspicitur Polyxenae constantia et magnitudo animi, quum sibi quidem mortem tanquam aliquem portum diceret videri, in quem ex gravissima tempestate fortunae confugeret vitaretque omnem illam servitii turpitudinem; matrem autem consolaretur ea ipsa re, quod nihil esset indignum pristina fortuna toleratura, ut, si quis et aetatem illius et pulcritudinem consideraret, non posset non luctu fletuque prosequi abeuntem multisque signis caritatis et doloris matri valedicentem. Post canticum chori, quo quae non erant simili sive beneficio fortunae sive iniuria

evasurae mala servitutis mulieres futuram conditionem coniectant, Talthybius advenit peractum sacrificium nuntians tamque admirabilem in ipso mortis discrimine fortitudinem Polyxenae fuisse narrans, ut neque, cui erat illud negotium demandatum, Neoptolemus nisi haesitans et invitus puellam maioribus paene animi quam corporis virtutibus ornatam mactare posset, et qui aderant Graeci milites, ut defunctae honori ne quid deesset, certatim providerent. Magnum ea res afferre matri solatium poterat, quae, collaudata filiae virtute, ut sibi corpus et exsequiarum cura concederetur, petiit. Simul misit ancillam, quae aquam e mari haustam ad lavandum corpus afferret, et ipsa funebrem ornatum paratura discessit.

Hinc altera fabulae pars incipit, quam diximus adeo non excurrere ultra propositum, ut prorsus necessaria sit habenda. Nam finiri fabulam non potuisse quivis sentiat: neque enim mera calamitas, etiamsi quis fortiter eam ac magno animo ferat, apta tragoediae materia est, sed tale debet esse argumentum, quod, quamvis aliqui remaneant aculei luctus et doloris, tamen non frangat animum et exasperet. Quod quidem, si qua alia re, Polyxenae nece fieri necesse erat, nisi aliud adiungeret poeta, quo mitigarentur animi spectatorum et ex illo acerbissimo dolore ad spem rursus et fiduciam convalescerent. Ac ne iusto citius deficeret exspectatio, prologo cautum est, ubi quod narraverat Polydorus, apparitururum se ancillae, ut persolverentur ipsi suprema, non potuit non sollicitos habere spectatores, qui maerorem Hecubae et vix suffecturam novis malis imbecillitatem aetatis conspexissent. Ac corpus Polydori rediens ancilla simul apportat: quae res quum gravissime omnes perculisset, alium tamen ac plerosque credibile est exspectasse eventum habuit. Etenim quem benevolum Hecubae iam in illa de ducum inter se discordiis narratione, quum deliberarent de victima Achilli tribuenda, cognovimus, princeps exercitus Graecorum Agamemno advenit mirans illius in funere curando cunctationem, idque ut accelcraret hortaturus. Quem Hecuba, quum aliquamdiu haesitasset, precibus adiit, ut se in exigendis a Polymestore poenis adiuvaret. Igitur postquam quod voluit impetraverat, acciri cum liberis suis Polymestorem iussit. Cuius hominis fallaciam ac detestabilem auri cupiditatem tam egregie adumbravit poeta, ut augeri iram et ex ultione quae imminet gaudium necesse sit. Atque ingressi remotis satellitibus in tentorium acres continuo audiuntur clamores, unde quod suspicatae fuerant mulieres, ex quibus chorus est compositus, exsequutam esse reginam consilium ulciscendi, mox evolans ipsa confirmat. Inde species miserabilis Polymestoris: aliquando irae, saepius fletus, et auxilii imploratio: tandem accedit Agamemno, coram quo causa disceptatur et cadit iudicio Polymestor.

Hoc fabulae exitu effectum esse arbitramur, ut, si quis antea tot tantisque Priamidarum malis et illo crudelissimo totius stirpis excidio desponderet animum neque optabilem crederet vitae conditionem, si esset sub tanta sive fortunae temeritate sive iniquitate deorum vivendum, idem nunc confirmato animo ne in extremis quidem miseriis desperandum esse neque impune a scelestis hominibus quamvis imbecillos et miseros violari intelligeret. Ac quanquam illius, a qua nomen duxit haec fabula, haud sint tam eximiae partes, eam ut praecipue quis spectandam ab initio censeat: tamen, cognita Polyxenae virtute et perfidia Polymesto-

ris, mirum quantum in Hecubam et benevolentia augetur et sollicitudo, neque admiratio magis puellae de medio sublatae, aut odium hospitis animos exercent, quam matrem lugemus, incredibili quodam malorum omnium concursu oppressam.

Consulto autem praetermisimus adhuc mentionem eorum, quae in ipsa fabulae conclusione damnatus Polymestor et iamiam moriturus vaticinantis in modum de Hecubae in canem conversione et de Agamemnonis nece praedicit. Qua quidem re haud scio an quicquam excogitari potuerit magis accommodatum luctuoso illi ac flebili, quod adamavit Euripides, generi tragoediae. Simili praesagio apud Homerum moribundus Hector mortem praedicit Achilli, victori tum et prospera fortuna utenti, Il. χ. 355 seqq. quem locum tetigit Diodorus Siculus L. XVIII. 1. his verbis: *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος καί τινες ἕτεροι τῶν παλαιῶν φυσικῶν ἀπεφήναντο τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν ἀθανάτους· ἀκολούθως δὲ τῷ δόγματι τούτῳ καὶ προγιγνώσκειν αὐτὰς τὰ μέλλοντα καθ᾽ ὃν ἂν καιρὸν ἐν τῇ τελευτῇ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν ποιῶνται. Τούτοις δὲ ἔοικε συμφωνεῖν καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, παρεισάγων τὸν Ἕκτορα κατὰ τὸν τῆς τελευτῆς καιρὸν προλέγοντα τῷ Ἀχιλλεῖ τὸν μέλλοντα συντόμως αὐτῷ συνακολουθήσειν θάνατον.* Neque dissimili ratione damnatus capitali iudicio Socrates apud Platonem Apol. p. 39. B. C. *τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησμῳδῆσαι, ὦ καταψηφισάμενοί μου· καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ᾽ ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι.* Hac igitur opinione nemo non videt quam opportune usus sit Euripides. Etenim qui aut Hecubae in tantis aerumnis aliquam contigisse rem laetiorem gavisi essent, aut regis potentissimi de capite regis et fortunis iudicium meminissent, quanta tandem religione quantoque horrore impletos credimus, si illud tempus cogitarent, quo quae in regiis opibus consenuisset mulier, exhausta omni malorum acerbitate, tandem in turpem bestiam mutaretur, et dux quondam Graeciae ac victor rex miserabili caede ac dolo coniugis perimeretur? Mihi quidem quae tam admirabili metus, admirationis, odii, misericordiae temperamento mixta est fabula aliquanto certe plus habere pretii ac dignitatis videtur, quam essent habitura lamenta quaedam muliercularum; neque si aut ab Aeschyli absit gravitate Euripides, aut illam Sophocleae Musae suavitatem non assequatur, abiiciendus continuo ad illos est, quorum malis coercitam libidinem licentiamque scribendi.

Sed aliquid tamen videtur incommodi attulisse illa duarum actionum coniunctio, ut scenam collocari in Thraciae Chersoneso et in Troade necesse esset. De Chersoneso constat ex v. 33. aliisque huius fabulae locis. In Troade autem fit sacrificium Polyxenae. Nam quod is qui scripsit argumentum Hecubae, et schol. ad v. 517. ed. Matth. excogitaverunt, ut cenotaphium Achillis in Chersoneso exstructum esse coniicerent, ad quod fieret sacrificium, eius rei apud ipsum poetam ne levissimum quidem vestigium est. Neque vero, quod opinabatur Prevostius, tumulum Achillis ex Sigeo in Thraciam transferri licuit. Licuit aliud poetae, ut rediisse Graecos a Chersoneso in Troadem fingeret. Spectatores autem ut lateat ista loci mutatio, duae res faciunt: primum quod sacrum non in scena perficitur, sed narratione tantummodo praeconis cognoscitur; deinde quod diligenter cavit poeta, ne commemorato loco sepulcri ad illam rem qui audiebant animum adiicerent. De utraque re monuit Hermannus annot. ad v. 33. Quanquam videor

reperisse, ubi illam paene reliquerit cautionem inscius poeta. Nam quae dicentem facit Agamemnonem v. 1111 seqq.

εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
πύργους πεσόντας ᾔσμεν Ἑλλήνων δορί,
φόβον παρέσχ' ἂν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

vix poterant apte, nisi in ipso agro Troiano et in vicinia captae urbis, dici. Sed hoc ipsum, credo, efficere voluit, ut haec ne tangeret quidem omnino animos cogitatio, quanto illae regiones intervallo dissitae essent.

Non animadverterunt interpretes aliam difficultatem, quae obiicitur comparanti hos versus ex prologo:

ὁ Πηλέως γὰρ παῖς ὑπὲρ τύμβου φανεὶς
κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν
πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·
αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην
τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.

cum iis, quos infra Hecuba pronunciat, v. 94—97.

ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
φάντασμ' Ἀχιλέως·
ᾔτει δὲ γέρας τῶν πολυμόχθων
τινὰ Τρωϊάδων.

Utroque loco diversa tradidit: priori, quod communi fama ferebatur, nominatim expetitam ab Achille Polyxenam, ex quo patet, ut hoc obiter moneam, probari non posse coniecturam Porsoni γέρας λαχεῖν: sorte enim ut certum quoddam munus obtingat, optari potest, non postulari [1]). Altero loco de Polyxena nihil, sed hoc tantum dicitur, aliquam Troianarum mulierum postulatam. Eandem rem tangit vv. 112—117. et vv. 304, 305, sed ut nihil inde certi colligi possit: in ipsa autem fabula quid sequutus sit Euripides multa sunt quae nos dubitare non patiantur: Hecubae ex somnio sollicitudo, chori de consilio Graecorum narratio, denique illud plenum mutui doloris et lacrimarum matris cum filia colloquium: quae omnia perridicula forent, si, quam sibi victimam deposceret, diserto Achillis indicio constaret. Quid igitur opinamur? An tantulo intervallo oblitum Euripidem quae scripserat in prologo, et improvido excidisse illam discrepantiam? Non puto; sed videndum est, ne gravior sit in istis locis verborum quam rerum dissensio. Etenim nihil postulaverit Achilles disertis quidem verbis, nisi ut aliqua captivarum mulierum ipsi mactaretur, aut ut tumulum suum ne privarent debito munere. Quid igitur impedit, quo minus Polydorum statuamus, interpretatum illius voluntatem, Polyxenam petitam dicere [2]): id quod Graeci quoque fecerunt, quippe qui de

---

[1]) Diversa ratio est loci Sophoclei, quem attulit Porsonus, Aiac. 825. αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν. Aliud est enim, si quid ab hominibus requiras, aliud, si a diis petas. Non igitur audiendi sunt qui eo loco λαβεῖν scripserunt. Cetera quae citavit Porsonus exempla non esse ad rem accommodata, monitum iam est a Matthiaeo.

[2]) [Probabilis coniectura; probabilior etiam esset, si Polydori interpretatio contineretur versibus 43. 44. in quibus victima significatur tantum, non diserte editur. Novi qui v. 40. adscriptum suspicetur a lectore, qui haereret in structura verborum: κατέσχε στράτευμα-γέρας λαβεῖν. F. I.]

Polyxena statim cogitaverint, credo, quod et desponsa olim Achilli fuisset et esset tanto heroe dignissima? Hecubam autem minime mirum est verborum tantummodo Achillis meminisse neque de filiae nece cogitare, etsi quadam et ipsam suspicione tactam esse apparet. Neque enim solemus admodum acuti esse in iis rebus, quas quam longissime a nobis abesse cupimus.

---

## Τ Π Ο Θ Ε Σ Ι Σ.

*Μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν ἄραντες οἱ Ἕλληνες καθωρμίσθησαν ἐν τῇ ἀντιπέραν Χεῤῥονήσῳ τῆς Θρᾴκης, ἧς Πολυμήστωρ ἦρχεν· οὗ δὴ καὶ κενοτάφιον ἔχωσαν Ἀχιλλεῖ ἐν Τροίᾳ ταφέντι. διατρίψαντες δὲ ἐκεῖ ἡμέρας δή τινας, ἐφ᾽ ᾧ τὰ αὐτῶν εὖ διαθήσονται, ἐπεὶ ἀναχθήσεσθαι ἔμελλον, φανὲν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως εἴδωλον ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπέσχε τοὺς Ἀχαιοὺς τῆς ἀναγωγῆς, αἰτοῦν γέρας αὐτῷ δοθῆναι τὴν παῖδα Πριάμου Πολυξένην, τὴν καὶ πρότερον κατεγγυηθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πατρός, δι᾽ ἣν καὶ ὑπὸ Πάριδος καὶ Δηϊφόβου τοξευθεὶς ὄλωλεν, ὅτε τὰς ἐγγύας πρὸς τοῦτον πληροῦν ἔμελλε Πρίαμος. Ἕλληνες μὲν οὖν, ὧν εὖ ἔπαθον ὑπ᾽ αὐτοῦ μεμνημένοι καὶ τιμῶντες τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός, ἐψηφίσαντο σφάξαι τὴν Πολυξένην ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἥρωος. ἔπεμψαν δὲ τὸν Λαέρτου Ὀδυσσέα πρὸς τὴν μητέρα αὐτῆς Ἑκάβην, ὡς ἂν τήν τε παρθένον λάβῃ καὶ τῷ ποικίλῳ τῶν λόγων, τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ ἀνήρ, πείσῃ Ἑκάβην μὴ δυςχερῶς σχεῖν ἐπὶ τῇ τῆς παιδὸς ἀφαιρέσει. ἐλθὼν οὖν Ὀδυσσεὺς τήν τε κόρην συναιρομένην εὗρεν αὐτῷ τῆς σπουδῆς καὶ πείθουσαν τὴν μητέρα, ὡς τεθνήξεσθαι μᾶλλον αὐτῇ προςῆκον ἢ τὸ ζῆν παρ᾽ ἀξίαν. σφαγείσης δὲ τῆς παρθένου, Ἑκάβη θεράπαιναν αὐτῆς ἔπεμψε παρὰ τὰς ἀκτάς, ἐφ᾽ ᾧ ὕδωρ ἐκεῖθεν κομίσαι πρὸς λουτρὸν Πολυξένης. εὗρε δὲ Πολύδωρον ἐκεῖ κείμενον· ἁλοῦσαν γὰρ ὡς ἔγνω τὴν Τροίαν Πολυμήστωρ, σφάξας αὐτὸν ἔῤῥιψεν εἰς τὴν θάλασσαν, ὡς ἂν αὐτὸς ἔχῃ*

τὸν χρυσὸν, ὃν πρὸς αὐτὸν μετὰ τοῦ παιδὸς Πολυδώρου πρῴην Πρίαμος ἔπεμψε λάθρα, ἐπειδὴ ἑώρα τὸ Ἴλιον πρὸς κίνδυνον ἤδη χωροῦν. ἦν δὲ ὁ χρυσὸς οὗτος πολὺς ἄγαν καὶ ἱκανὸς ὀρθῶσαι καὶ αὖθις τὸ γένος τοῦ Πριάμου. ὡς οὖν τοῦτον εὗρεν ἡ δούλη κείμενον ἐπ' ἀκταῖς, ἀνελομένη καὶ τῷ πέπλῳ εἱλίξασα κομίζει πρὸς τὴν Ἑκάβην. καὶ ἡ τὸν τῆς Πολυξένης νεκρόν, πρὶν ἐκκεκαλύφθαι τοῦτον, εἶναι νομίσασα, ἐπειδὴ ἔγνω Πολύδωρον, ἀθλίως τε ἔσχε καὶ ὅπως ἀμυνεῖται Πολυμήστορα μηχανᾶται τοιόνδε· κοινωσαμένη πρότερον τὴν περὶ τούτου γνώμην Ἀγαμέμνονι, πέμπει τὴν αὐτῆς δούλην ὡς Πολυμήστορα, αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα πρὸς ἑαυτὴν μετακαλουμένη περί τινος ἀναγκαίου πρὸς αὐτὸν κοινώσασθαι. οὗτος μὲν οὖν ἀγνοῶν, ὅτι Πολύδωρος εὕρηται παρὰ τὰς ἀκτάς, καὶ ἅμα καί τισιν ὑποκλαπεὶς μετὰ τῶν παίδων πρὸς αὐτὴν ἀφικνεῖται. Ἑκάβη δὲ πρὸς αὐτὸν τούτου χάριν ἔφη κεκληκέναι, ἵνα χρυσοῦ θησαυροὺς κεκρυμμένους ὑπ' αὐτῆς ἐν Ἰλίῳ μηνύσῃ. εἰςάγει δὲ καὶ τῆς σκηνῆς ἔνδον εἰποῦσα, ὡς ἂν καὶ ἕτερ' ἄττα αὐτῷ δώσει χρήματα, μεθ' ὧν ἐξῆλθε τῆς Τροίας. ἐκέκρυπτο δὲ εἴσω πλεῖστος γυναικῶν ὄχλος, σὺν αἷς τοῦτον εἰςελθόντα Ἑκάβη ὀφθαλμῶν τε στερεῖ καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἀποσφάττει. δικάσαντος δὲ αὐτοὺς τοῦ Ἀγαμέμνονος ὕστερον, καὶ τοῦ Πολυμήστορος πολλὰ περὶ τῆς σφαγῆς Πολυδώρου διαπλασαμένου, Ἑκάβη περιεγένετο ἐλέγξασα αὐτὸν, ὡς τοῦ χρυσοῦ χάριν καὶ οὐχ ὧν προὔτεινε τὸν παῖδα ἀνεῖλε, σύμψηφον σχοῦσα καὶ Ἀγαμέμνονα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ ἀντιπέραν τῆς Θρᾴκης Χεῤῥονήσῳ· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν αἰχμαλωτίδων Τρῳάδων συμμαχησουσῶν τῇ Ἑκάβῃ.

## Α Λ Λ Ω Σ.

Μετὰ τὴν Ἰλίου πολιορκίαν οἱ μὲν Ἕλληνες εἰς τὴν ἀντιπέραν Τρῳάδος Χεῤῥόνησον καθωρμίσθησαν· Ἀχιλλεὺς δὲ νυκτὸς ὁραθεὶς σφαγῆναι ἠξίου μίαν τῶν Πριάμου θυγατέρων. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες τιμῶντες τὸν

ἥρωα Πολυξένην ἀποσπάσαντες Ἑκάβης ἐσφαγίασαν· Πολυμήστωρ δὲ ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς ἕνα τῶν Πριαμιδῶν Πολύδωρον κατέσφαξεν. εἰλήφει δὲ τοῦτον παρὰ τοῦ Πριάμου ὁ Πολυμήστωρ εἰς παρακαταθήκην μετὰ χρημάτων. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, κατασχεῖν αὐτοῦ βουλόμενος τὸν πλοῦτον φονεύειν ὥρμησεν, καὶ φιλίας δυστυχοῦς ὠλιγώρησεν. ἐκριφέντος δὲ τοῦ σώματος εἰς τὴν θάλασσαν, τὸ κλυδώνιον πρὸς τὰς τῶν αἰχμαλωτίδων σκηνὰς αὐτὸν ἐξέβαλεν. Ἑκάβη δὲ τὸν νεκρὸν θεασαμένη ἐπέγνω· κοινωσαμένη δὲ τὴν γνώμην Ἀγαμέμνονι, Πολυμήστορα σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ ὡς ἑαυτὴν μετεπέμψατο, κρύπτουσα τὸ γεγονός, ὡς θησαυροὺς ἐν Ἰλίῳ μηνύσῃ αὐτῷ· παραγενομένου δὲ τοὺς μὲν υἱοὺς κατέσφαξεν, αὐτὸν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρησεν. ἐπὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων λέγουσα τὸν κατήγορον ἐνίκησεν. ἐκρίθη γὰρ οὐκ ἄρχειν ὠμότητος, ἀλλ' ἀμύνασθαι τὸν κατάρξαντα.

## ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπών, ἵν᾽ Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως,
Πριάμου τε πατρός, ὅς μ᾽, ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν
κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ, 5
δείσας ὑπεξέπεμψε Τρωϊκῆς χθονὸς
Πολυμήστορος πρὸς δῶμα, Θρηκίου ξένου,
ὃς τὴν ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα
σπείρει, φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.
πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρα 10
πατήρ, ἵν᾽, εἴ ποτ᾽ Ἰλίου τείχη πέσοι,
τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.
νεώτατος δ᾽ ἦν Πριαμιδῶν· ὃ καί με γῆς
ὑπεξέπεμψεν· οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα
οὔτ᾽ ἔγχος οἷός τ᾽ ἦν νέῳ βραχίονι. 15
ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρθ᾽ ἔκειθ᾽ ὁρίσματα,
πύργοι τ᾽ ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός,

v. 2. χωρὶς θεῶν,] Ditis *οἰκία σμερδαλέ᾽, εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ*, Homer. Il. *υ*. 65.

v. 3, „Dymantis, non Cisseos, filiam Hecubam facit Homerus Il. *π*. 718. Sed Euripidem sequitur Virgilius Aen. X. 705. Virgilium ceteri poetae Latini." *Porson.*

v. 6. ὑπεξέπεμψε] i. e. *λάθρα ἐξέπεμψε*. Conf. v. 10. 13. Androm. 47. *Ὅς δ᾽ ἐστὶ παῖς μοι μόνος, ὑπεκπέμπω λάθρα Ἄλλους ἐς οἴκους*. Cf. ibid. v. 310. Soph. El. 1350.

v. 13. ὃ] i. e. *δι᾽ ὅ*. Rem, ipsam per se satis levem, sed de qua tamen dubitasset Porsonus, dignam iudicaverunt quam assererent viri doctissimi Iacobsius ad Anthol. Pal. p. 333. Reisigius Enarr. ad Soph. Oed. Col. p. CLVII. Sic apud Soph. Philoct. 142. *τό μοι ἔννεπε, τί σοι χρεὼν ὑπουργεῖν*. Cf. Hom. Il. *γ*. 176. *τ*. 213. Pind. Ol. VI. 56. Pyth. V. 39. Matth. Gr.

Ἕκτωρ τ' ἀδελφὸς οὑμὸς εὐτύχει δορί,
καλῶς παρ' ἀνδρὶ Θρηκί, πατρῴῳ ξένῳ,
τροφαῖσιν, ὥς τις πτόρθος, ηὐξόμην τάλας. 20
ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται
ψυχή, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πίτνει,
σφαγεὶς Ἀχιλλέως παιδὸς ἐκ μιαιφόνου,
κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν 25
ξένος πατρῷος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς
μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.
κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντου σάλῳ,
πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος,
ἄκλαυστος, ἄταφος· νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης 30
Ἑκάβης ἀΐσσω, σῶμ' ἐρημώσας ἐμόν,
τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος,
ὅσονπερ ἐν γῇ τῇδε Χερσονησίᾳ
μήτηρ ἐμὴ δύστηνος ἐκ Τροίας πάρα.
πάντες δ' Ἀχαιοὶ ναῦς ἔχοντες ἥσυχοι 35

§. 477. c. Thiersch. Gr. §. 267.

v. 20. „Ex Homerico adumbratum, ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος." Porson. Il. σ. 56. vid. Bentlei. ad Horat. Carm. I. 12. 45. Philostratus Heroic. p. 713. αὐξηθείς τε ῥᾷον ἢ τὰ πρὸς ταῖς πηγαῖς δένδρα, πολὺς μὲν ἐν συμποσίοις ἥδετο, πολὺς δὲ ἐν σπονδαῖς. Cf. Pind. Nem. VIII. 40.

v. 23. αὐτὸς] scil. ὁ πατήρ, quod latet in adiectivo πατρῴα. Exposuit de hoc genere Matth. Gr. §. 435. Alia quaedam hic indicabo: Aesch. Pers. 13. Pind. Nem. VIII. 21. Pausaniae locum X. 23. 5. adscripsi ad Med. 1172. Lucianus Ver. Hist. II. 33. εἰσιόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστι τὸ Νυκτῷον· σέβουσι γὰρ θεῶν ταύτην (scil. τὴν Νύκτα) μάλιστα. Ad rem cf. Virg. Aen. II. 506 sqq.

v. 25. κτείνει – κτανὼν] Phoen. 22. Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα καὶ σπείρας βρέφος etc. Herc. F. 33. Κτείνει Κρέοντα, καὶ κτανὼν ἄρχει χθονός. Neque alieni ab hac ratione Latini scriptores. Vid. Marklandi Explicatt. vett. aliquot auctt. p. 313. ed. Lips.

v. 27. ἵν' – ἔχῃ.] De coniunctivi post praeterita usu tirones videant Rostii Gr. §. 122. annot. 4. Matth. §. 518. p. 993. Thiersch. §. 342.

v. 28. Prius ἄλλοτε suppressum est, ut apud Sophoclem Trach. 11. aliisque locis, quos congessit Schaeferus ad L. Bos. p. 753. Ceterum comparari potest Hom. Od. α. 161. Ἀνέρος, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ, Κείμεν' ἐπ' ἠπείρου, ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει.

v. 29. διαύλοις κυμάτων, reciprocis fluctibus, ut bene interpretatur Schneid. in Lex. De διαύλῳ, qui habet duplicem stadii mensuram, vid. Spanh. ad Callim. L. P. 23. p. 627. Translate de muliere, quae relicto marito ad parentes rever-

θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς τῆςδε Θρηκίας χθονός·
ὁ Πηλέως γὰρ παῖς ὑπὲρ τύμβου φανεὶς
κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν
πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·
αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην 40
τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.
καὶ τεύξεται τοῦδ', οὐδ' ἀδώρητος φίλων
ἔσται πρὸς ἀνδρῶν· ἡ πεπρωμένη δ' ἄγει
θανεῖν ἀδελφὴν τῷδ' ἐμὴν ἐν ἤματι.
δυοῖν δὲ παίδοιν δύο νεκρὼ κατόψεται 45
μήτηρ, ἐμοῦ τε τῆς τε δυστήνου κόρης.
φανήσομαι γάρ, ὡς τάφου τλήμων τύχω,
δούλης ποδῶν πάροιθεν ἐν κλυδωνίῳ.
τοὺς γὰρ κάτω σθένοντας ἐξῃτησάμην
τύμβου κυρῆσαι κεἰς χέρας μητρὸς πεσεῖν. 50
τοὐμὸν μὲν οὖν ὅσονπερ ἤθελον τυχεῖν
ἔσται· γεραιᾷ δ' ἐκποδὼν χωρήσομαι
Ἑκάβῃ· περᾷ γὰρ ἥδ' ὑπὸ σκηνῆς πόδα

titur, Anaxandrides apud Stobaeum Floril. Gaisf. Vol. III. p. 57. ed. Lips. Ὁ γὰρ δίαυλός ἐστιν αἰσχύνην ἔχων. [Cf. Matthaei ad Io. Chrysost. Homil. IV. p. 90.]

v. 30. Soph. Antig. 29. Ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν.

v. 31. Notanda solutio primae syllabae in verbo ἀΐσσω, quod vulgo αἴσσω pronunciabant Attici. V. Matth. Gr. §. 50. p. 118.

v. 32. τριταῖον] pro τρίτον. Sic etiam in Hipp. 275. πῶς δ' οὔ, τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν; Vid. Hermann. ad Vig. p. 720, 61.

v. 39. εὐθύνοντας] refertur ad στράτευμα i. e. στρατιώτας. Soph. Phil. 356. καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν Τὸν οὐκ ἔτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν. Cf. Rhes. 44. Matth. Gr. §. 434, 2.

v. 41. τύμβῳ] Dativus commodi, quem dicunt; ut Iph. T. 243. Θεᾷ φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον Ἀρτέμιδι. — γέρας λαβεῖν rectius quam, quod Porsono placebat, λαχεῖν dicitur; quippe non sorti cessit Polyxena, sed ex decreto Achivorum ad tumulum Achillis immolata est.

v. 45. Singulare quoddam acumen quaerunt Tragici in numerorum aut parium consociatione aut disparium oppositione. Cf. modo huius fabulae v. 120 ss. 896. Orest. 1536. Androm. 516.

v. 51. Ordinem verborum hunc esse existimo: τὸ ἐμὸν μὲν οὖν, (τὸ) τυχεῖν, ὅσονπερ ἤθελον, ἔσται. Cf. Alc. 1132. ἔχεις γὰρ πᾶν, ὅσονπερ ἤθελες. Neglecta est autem in verbis ὅσονπερ ἤθελον attractio: qua de re monitum ad Medeam v. 753.

v. 53. ὑπὸ σκηνῆς, ex tentorio. Praepositionem enim hanc etiam cum verbis motum significantibus coniungi docuit ad h. l. Hermannus. Conf.

Ἀγαμέμνονος, φάντασμα δειμαίνουσ' ἐμόν.
φεῦ·
ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων 55
δούλειον ἦμαρ εἶδες, ὡς πράσσεις κακῶς,
ὅσονπερ εὖ ποτ'. ἀντισηκώσας δέ σε
φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

ΕΚΑΒΗ.

ἄγετ', ὦ παῖδες, τὴν γραῦν πρὸ δόμων,
ἄγετ', ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον, 60

v. 60. Aldus et pars codicum τὴν ὁμόδουλον νῦν, unde Porsonus, rectius existimans inter se opponi νῦν et πρόσθε, deleto articulo edidit νῦν ὁμόδουλον, coll. v. 809. Andr. 64. Qui loci eo differunt ab hoc, quod ποτέ et πρόσθε praecedunt, νῦν sequitur, ut ibi quidem omitti νῦν non potuerit, hic facile subaudiatur. Atque abest haec vox a multis codd. Soloecam tamen orationem fieri, sublato articulo, quod opinatur Matthiaeus, haud equidem dixerim.

v. 62. Post μου addebatur δέμας, quod, quum versus mensuram excurreret, auctoritate librorum deletum est.

v. 68 seqq. Antistrophica haec esse, quae sequuntur usque ad v. 99., indicavit Seidlerus apud Hermannum de usu antistr. p. X. estque adeo et responsionis ratio perspicua, et quae mutantur contra quam fieri solet in revocandis ad antistrophicorum leges Tragicorum carminibus tum pauca sunt, tum sua se facilitate

Matth. Gr. §. 592. p. 1186. Eandem reposui ego infra v. 665. ex librorum vestigiis; in Iph. T. v. 1256. Seidlerus.

v. 55. ἐκ τυραννικῶν δόμων] post regalis domus splendorem. El. 305. ὑπὸ στέγαισί τε Οἴαισι ναίω βασιλικῶν ἐκ δωμάτων. Troad. 494. κἂν πέδῳ κοίτας ἔχειν Ῥυσσοῖσι νώτοις βασιλικῶν ἐκ δεμνίων. Cf. infra v. 915. 1160. Heind. ad Plat. Protagor. §. 4. – Δούλειον ἦμαρ τὴν δουλείαν dixit Homeri exemplo, apud quem est etiam ἐλεύθερον ἦμαρ, νόστιμον ἦμαρ. Vid. Hemsterh. ad Callim. h. Del. 128. Cf. Nostri Androm. 99. Rhes. 991.

v. 57. ὅσονπερ εὖ ποτ'.] scil. ἔπραξας. Infra v. 519. νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ Τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο, scil. ἔτεγξα. Lysias pro bonis Aristoph. §. 32. πρὸς δὲ τούτοις καὶ πρότερον πρὸς τοὺς συνδίκους καὶ νῦν ἐθέλομεν πίστιν δοῦναι. – Quae sequuntur, sic construenda sunt: ἀντισηκώσας τῆς πάροιθ' εὐπραξίας θεῶν τίς σε φθείρει, id est, vices rependens prioris felicitatis aliquis deorum te pessumdat.

v. 59 seqq. Hecuba, senio miseriisque confecta, quum infaustis somniis perturbata esset, procedit ope Troianarum mulierum, quae incolumi urbe servae ipsius fuerant. – τὴν ὁμόδουλον. Communis sors benevolentiam simul et miserationem excitat. Androm. 64. ὦ φιλτάτη σύνδουλε, σύνδουλος γὰρ εἶ Τῇ πρόσθ' ἀνάσσῃ τῇδε, νῦν δὲ δυςτυχεῖ.

v. 62. In primum dimetri anapaestici locum admisit proceleusmaticum, quum numeris, ut in tanto animi motu, liberioribus utatur, qui quidem etiam neglectam caesuram patiuntur, ut mox v. 98. – Deinde iunge γεραιᾶς

Τρῳάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ' ἄνασσαν.
λάβετε, φέρετε, πέμπετ', ἀείρετέ μου
γεραιᾶς χειρὸς προςλαζύμεναι·
κἀγὼ σκολιῷ σκίπωνι χερὸς 65
διερειδομένα σπεύσω βραδύπουν
ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.
ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ,
τί ποτ' αἴρομαι ἔννυχος οὕτω
δείμασι, φάσμασιν; ὦ πότνια χθών, 70

commendant, ut, nisi visum esset constantius prorsus abstinere ab hoc negotio quam aut attingere quaedam, alia praetermittere, aut metrorum rationi servientem vilipendere auctoritatem librorum MSS., haud cunctanter recepturus fuerim quam proposuit Seidlerus descriptionem. Cuius haec forma est: στρ. α'. vv. 68-72. στρ. β'. 73-75. ἀντ. α'. 76-81. στρ. γ'. 82-89. ἀντ. β'. 90-92. ἀντ. γ'. 93-99. ed. Barn. Rescripsit autem de coniectura v. 69. τί ποτ' ἄρ' αἴρομαι (cf. Iph. T. 399. Philem. Fragm. inc. XXIV. 1.); v. 75 seq. δι' ὀνείρων Φοβερὰν ὄψιν ἴδον, ἔμαθον, ἐδάην. Libri fere eiusmodi lectionem habent: δι' ὀνείρων εἶδον. Εἶδον γὰρ φοβερὰν ὄψιν, ἔμαθον, ἐδάην. Sed alii prius εἶδον, alii posterius omittunt; unde utrumque delevit Matthiaeus. Denique v. 93. οἰκτρῶς Seidlerus geminavit.

v. 70. ὦ πότνια χθών. Aug. a. ὦ πότνια νύξ. Flor. 21. in marg. γρ. νὺξ καὶ γῆ pro πότνια χθών. Scilicet eadem res illis,

χειρός μου, nam enclitica haud raro praecedit id vocabulum, unde pendet; ut infra v. 277. Hipp. 1154. aliisque locis, quos indicaverunt Matthiaeus ad h. l. et Elmsleius ad Iph. T. 940. – γεραιᾶς mediam syllabam corripit, ut παλαιός El. 497. δεύλαιος apud Aristoph. Plut. 851. Nub. 1471. cf. Iacobs ad Athen. p. 113. [ad Anth. Pal. p. 263 et 361.] πατρῷος v. 82. atque alibi haud raro, etsi hoc quidem expulsum saepe a viris doctis et cum πάτριος commutatum est. Conf. Thiersch. Gr. p. 411. Matth. Gr. p. 75. Boeckh. not. crit. ad Pind. Pyth. VIII. 56. Structuram verborum χειρὸς προςλαζύμεναι illustravit Valckenarius ad Theocr. IV. 35. Cf. infra v. 523. 543. Pind. Pyth. IX. 126. παρθένον κεδνὰν χερὶ χειρὸς ἑλών.

v. 65. σκολιῷ σκίπωνι χερός] Σκίπων s. scipio, baculus natura rectus est; igitur quum manum, cui tanquam scipioni ac fulcro inniteretur Hecuba, diceret σκίπωνα χερός, ad leniendam metaphorae insolentiam adiecit σκολιός. Rationem dicendi aperuit Blomfieldius gloss. ad Aesch. Agam. 81. Cf. etiam Reisigii Enarr. in Soph. Oed. C. p. CXVIII.

v. 67. ἤλυσιν) πορείαν Hesychius T. I. p. 1627. ubi vid. Albertius.

v. 68. στεροπὰ Διός, lux diei, ut v. 709. Διὸς φάος. Sophoclis locum, Trach. 99. citavit Hermannus, ubi Sol dicitur λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων.

v. 70. Noctem Somniorum matrem prodiderunt Hesiodus Theog. 212. et ipse Euripides apud Aristoph. Ran. 1366, quanquam qui ibi Hecubam Tragici respici censet Scholiastes haud dubie fallitur. Sed Terram

μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων,
ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν,
ἃν περὶ παιδὸς ἐμοῦ τοῦ σωζομένου κατὰ Θρήκην
ἀμφὶ Πολυξείνης τε φίλης θυγατρὸς δι' ὀνείρων 75
φοβερὰν ὄψιν ἔμαθον, ἐδάην.
ὦ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμόν,
ὃς μόνος, οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν, 80
τὴν χιονώδη Θρήκην κατέχει,
ξείνου πατρῴου φυλακαῖσιν.
ἔσται τι νέον·

qui istas commenti sunt emendationes veteris ac genuinae scripturae, offensioni fuit, ac Wakefieldio et Porsono, quorum ille v. 71. transferendum coniecit in superiorem locum, ut sequeretur statim post illa ὦ σκοτία νύξ: Porsonus transponenda suspicatus est illa hemistichia, ὦ σκοτία νύξ; ὦ πότνια χθών. Vulgatam lectionem tuentur Schol. Aristoph. Ran. 1366. Eustath. ad Il. β. p. 173, 16. Od. τ. p. 1877, 53. Vide annotationem.

v. 79. Quam receperat Porsonus coniecturam Reiskii; ἄγκυρ' ἄτ' ἐμῶν, quod τε parum eleganter insertum videretur, eam inutilem esse, allatis, ubi similiter tertium locum illa particula tenet, exemplis docuerunt Hermannus ad h. l. Elmsleius ad Iph. T. 199. Reisigius Comm. crit. ad Soph. Oed. Col. p. 257.

eorundem parentem dixit, praeter hunc locum etiam in Iph. T. 1261. νύχια χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων. Rationem autem, cur tantopere non ab aliis tantum, sed a semet ipso dissideat Euripides, duplicem afferre possumus. Χθὼν enim, ut saepe, de locis inferis intelligendum est. Igitur aut illud sequutus est, quod tradidit Homerus Od. ω. 12., habitare in illis locis δῆμον ὀνείρων: aut, quum atra ac funesta omnia Orcus gignere dicatur (cf. ad Med. v. 981.), eodem quae dira atque infausta Hecubae portenderant somnia edita esse finxit. – μελανοπτερύγων. Infra v. 704. φάσμα μελανόπτερον, credo quod nocturna quiete visum esset. Tibull. II. 1, 90. somnia nigra. Cf. Vossii Epistolas argumenti mythologici Vol. II. p. 35 s.

v. 72. ἀποπέμπομαι, abominor. Quo sensu vulgo dicitur ἀποδιοπομπεῖσθαι. V. Ruhnken. ad Tim. p. 40. Wyttenb. ad Plutarchi Mor. p. 73. D. T. I. p. 267.

v. 78-80. Sensus est: servate filium meum, qui solus superstes est, idemque tanquam ancora ac firmamentum domus meae est. Obiiciat forsitan aliquis, non esse solum superstitem Polydorum, sed vivere etiam Helenum, cll. v. 87. Quid igitur facies v. 810. ubi ἄπαιδα se Hecuba dicit, quamvis eodem Heleno ac Cassandra vivis? quid Sophoclis Antig. v. 941. ubi superstite Ismene Antigonam chorus τὴν βασιληΐδα μούνην λοιπήν vocat? Nimirum, quae animo dolore perturbato dicuntur, eorum non est tanquam ad amussim veritas exigenda. – De

ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς.
οὔποτ᾽ ἐμὰ φρὴν ὧδ᾽ ἀλίαστος 85
φρίσσει, ταρβεῖ.
ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν
ἢ Κασάνδρας ἐσίδω, Τρῳάδες,
ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους;
εἶδον γὰρ βαλιὰν ἔλαφον λύκου αἵμονι χαλᾷ 90
σφαζομέναν, ἀπ᾽ ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ἀνάγκᾳ
οἰκτρῶς. καὶ τόδε δεῖμά μοι·
ἦλθ᾽ ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς

cf. infra v. 426. Quanquam is, quem postremum nominavi, Reisigius sanam esse vulgatam scripturam non putat, sed, ineleganter arbitratus ipsam copulationem notionum per particulam, legi iubet ἄγκυρ᾽ ἔτ᾽ ἐμῶν. Quod equidem facile probarem, si ea res solo elegantiae iudicio contineri videretur. Nunc, ut opinor, aliud dicere voluisse poetam finxit Reisigius, aliud voluit Euripides. Vide annot.

v. 88. Κασάνδραν ex quibusdam MSS. praetulit cum Kingio Porsonus. „Helenum enim, inquit, mortuum fingere in hac fabula videtur Euripides": quod unde collegerit, iuxta ego ignoro ac Matthiaeus: nisi forte fefellit virum doctissimum v. 79, ubi solum sibi servatum esse Polydorum Hecuba memorat.

particula τε secundo vocabulo subiecta monitum in annotatione critica et ad Med. v. 752. Ceterum apte comparavit Porsonus Sophoclis locum apud Brunck. Lex. Soph. p. 47. Ἀλλ᾽ εἰσὶ μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου. [Heliodor. IV. 19. p. 169. Χαρίκλειά μοι βίος ἦν – Χαρίκλεια μόνη παραψυχή, καὶ ὡς εἰπεῖν ἄγκυρα. F. I.]

v. 80. χιονώδη] Androm. 215. ἀμφὶ Θρῄκην χιόνι τὴν κατάρρυτον.

v. 81. πατρῷον] Vid. ad v. 62. Hom. Od. α. 175. ἦ καὶ πατρώϊός ἐσσι ξεῖνος. Il. ε. 215. Ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι παλαιός.

v. 83. Notanda est syllaba anceps in fine monometri anapaestici, qui est idem sententiae. V. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 373.

v. 85. ἀλίαστος] V. Buttmann. Lexil. I. p. 72 ss.

v. 87. θείαν] i. e. μαντικήν, divini furoris plenam. V. Heind. ad Plat. Phaedr. §. 22. De eodem Heleno Virgilius Aen. III. 373. Atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos. Οἰωνοπόλων ὄχ᾽ ἄριστος dicitur ab Hom. Il. ζ. 76. Conf. Soph. Philoct. 604.

v. 89. κρίνωσιν] De numero verbi vid. Matth. Gr. §. 304. not. 3.

v. 90. βαλιάν] Interpretis vicem ipse praestat Euripides Iphig. A. 221. (ubi de Eumeli equis) τοὺς μὲν μέσσους ζυγίους λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς. Conf. Etymol. M. c. 186, 26. Versu seq. notandus usus participiorum σφαζομέναν – σπασθεῖσαν: vidi, quum a meis genibus abrepta caederetur. Andocides c. Alcib. §. 21. ὁρῶντες Ταυρέαν τοσαῦτα μὲν χρήματα ἀναλώσαντα προπηλακιζόμενον. Cf. Herc. F. 1326, 7.

φάντασμ' Ἀχιλέως· 95
ᾔτει δὲ γέρας τῶν πολυμόχθων
τινὰ Τρωϊάδων.
ἀπ' ἐμᾶς οὖν, ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδὸς
πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.

ΧΟΡΟΣ.

Ἑκάβη, σπουδῇ πρός σ' ἐλιάσθην 100
τὰς δεσποσύνους σκηνὰς προλιποῦσ',
ἵν' ἐκληρώθην καὶ προσετάχθην
δούλη, πόλεως ἀπελαυνομένη
τῆς Ἰλιάδος, λόγχης αἰχμῇ
δοριθήρατος πρὸς Ἀχαιῶν, 105
οὐδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ',
ἀλλ' ἀγγελίας βάρος ἀραμένη

v. 112. Libri οἶσθ' ὅτε. Canteri coniecturam οἶσθ' ὅτι, probatam a Musgravio, in textum intulit Brunckius, quem secuti sunt alii, defendebat etiam olim quidem Hermannus.
v. 118. Vulgo συνέπεσε. Emendavit ex coniectura Musgra-

v. 96 s. De hoc loco dictum est in prooemio.
v. 100 seqq. Chorus Troianarum mulierum nuntium affert consilii, quod de Polyxena post maximam principum contentionem ceperint Achivi, et, ut abripiat virginem, affuturum eundem, qui illius decreti auctor suasorque exstiterat, Ulixem.
v. 105. In vocabulo δοριθήρατος abundat, adiectis illis λόγχης αἰχμῇ, prior compositionis pars: quod genus pleonasmi admodum frequens est apud Tragicos. Noster Bacch. 571. τὸν τᾶς εὐδαιμονίας ὀλβοδόταν. Phoen. 328. ἄπεπλος φαρέων, ubi consulendus Valckenaerius. El. 310. ἀνέορτος ἱερῶν. Eiusdem generis similitudinem referunt haec Aeschyli Prom. 791. οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τόδε, et quae comparavit Blomfieldius: poterat meminisse etiam Homer. Odyss. δ. 704. ἀμφασίη ἐπέων.
v. 112. Nihil sane, si significandi vim et usum loquendi spectes, a vernacula Graecorum discrepat oratio, quum dicunt οἶσθ' ὅτε, ubi exspectabas οἶσθ' ὅτι. Nam quicquid est illud discriminis, quod inter utramque formulam intercedit, id non in re ipsa positum est, sed in cogitandi ratione. Ὅτι simpliciter rem indicat, ὅτε tempus rei, non eius, quae nihil afferat nisi notam quandam temporis, quo respiciendum sit aliam simul actam recordanti, sed illius, cuius in memoriam redeundum est. Atque haud inepte Graeci iudicabant, cui de tempore constaret, eum aliquanto etiam accuratius rem tenere, quam qui actam tantum meminisset. Itaque, si vim magis verborum quam verba ipsa reddere velis Latino sermone (potest autem hoc etiam fieri propter simillimum usum loquendi, v. Ramshorn. Gr. Lat. p. 575. not.): sed si sententiae potius quam verborum interpretationem requiras, eiusmodi quid significavit Euripides: meministi Achillem, qualis fuerit, quidve

μέγα, σοί τε, γύναι, κῆρυξ ἀχέων.
ἐν γὰρ Ἀχαιῶν πλήρει ξυνόδῳ
λέγεται δόξαι σὴν παῖδ' Ἀχιλεῖ **110**
σφάγιον θέσθαι· τύμβου δ' ἐπιβὰς
οἶσθ' ὅτε χρυσέοις ἐφάνη ξὺν ὅπλοις,
τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχεδίας,
λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας,
τάδε θωΰσσων, **115**
ποῖ δή, Δαναοί, τὸν ἐμὸν τύμβον
στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες;
πολλῆς δ' ἔριδος ξυνέπαισε κλύδων,
δόξα δ' ἐχώρει δίχ' ἀν' Ἑλλήνων
στρατὸν αἰχμητήν, τοῖς μὲν διδόναι **120**
τύμβῳ σφάγιον, τοῖς δ' οὐχὶ δοκοῦν.

vius, et Livineius. V. Praef. Dindorfii ad Lips. edit. Soph. Oed. T. ex recensione P. Elmsleii p. XXIX. Addixerunt tres codd. Flor. Idem mendum ex loco Anaxilae ap. Athen. XIII. p. 558. c. sustulit Casaubonus.

egerit, quum supra tumulum apparuisset. Id praeclare docet locus Thucydidis II. 21. *μεμνημένοι καὶ Πλειστοάνακτα, ὅτε ἐςβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα — ἀνεχώρησε πάλιν*: ad quem locum notavit in Eclogis historicis Wyttenbachius p. 366. Alia ad Euripidem indicavit Porsonus. Utriusque copiis usus Matthiaeus Gr. Gr. §. 624. de suo penu adiecit nonnulla, unde locum promam Xenophontis Cyrop. I. 6. 8, in quo quum coniunctum quodammodo sit utrumque, *οἶσθ' ὅτε* et *οἶσθ' ὅτι*, facile intelligas vere a nobis dictum esse, nullo illa ad sensum discrimine usurpari: *μέμνημαι καὶ τοῦτο, ὅτε σοῦ λέγοντος συνεδόκει καὶ ἐμοὶ ὑπερμέγεθες εἶναι ἔργον τὸ καλῶς ἄρχειν.*

v. 114. *λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας,*] i. e. *αἷς* sive *ὧν τὰ λαίφη προτόνοις ἐπερείδεται.* Herodotus I. 180. *τὸ ἄστυ — κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας*, id est *αἱ ὁδοὶ τοῦ ἄστεος κατατέτμηνται ἰθεῖαι.* Vid. Matth. Gr. §. 424. 3.

v. 117. *ἀγέραστον*] Vox Homerica: Il. α. 118. *ὄφρα μὴ οἶος Ἀργείων ἀγέραστος ἔω.*

v. 118. *ξυνέπαισε*] intransitivam habet potestatem, ut simplex *παίω* apud Aesch. Prom. 855. *Θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῇ Στυγνοῖς πρὸς κύμασιν ἄτης*, et alia inde composita: *εἰςπαίειν* Rhes. 560. Soph. Oed. T. 1252. *ἐπειςπαίειν* Aristoph. Plut. 806. Cf. intpp. ad Greg. Cor. p. 403.

v. 119. *δόξα δ' ἐχώρει δίχ'*] id est, ut loquitur Herodotus VI. 109. *ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι.* Helen. 767. *ἐς ταὐτὸ κἀμοὶ δόξα μάντεων πέρι χωρεῖ γέροντι.* [Aristaen. I. Ep. VI. p. 17. *δίχα μοι γέγονε τὰ νοήματα.*] Iph. T. 1358. *λόγοι δ' ἐχώρουν.* Fallitur Hermannus ad Vig. §. 211.

v. 121. *δοκοῦν.*] Nominativus absolutus. Cf. v. 506. *συνδοκοῦν* Xenoph. Ephes. III. 2. p. 55, 9. Matth. Gr. §. 564.

ἦν δὲ τὸ μὲν σὸν σπεύδων ἀγαθὸν
τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων
λέκτρ᾽ Ἀγαμέμνων·
τὼ Θησείδα δ᾽, ὄζω Ἀθηνῶν, 125
δισσῶν μύθων ῥήτορες ἦσαν·
γνώμῃ δὲ μιᾷ ξυνεχωρείτην,
τὸν Ἀχίλλειον τύμβον στεφανοῦν
αἵματι χλωρῷ, τὰ δὲ Κασάνδρας
λέκτρ᾽ οὐκ ἐφάτην τῆς Ἀχιλείας 130
πρόσθεν θήσειν ποτὲ λόγχης.
σπουδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων
ἦσαν ἴσαι πως, πρὶν ὁ ποικιλόφρων,
κόπις, ἡδυλόγος, δημοχαριστὴς
Λαερτιάδης πείθει στρατιὰν 135
μὴ τὸν ἄριστον Δαναῶν πάντων
δούλων σφαγίων οὕνεκ᾽ ἀπωθεῖν,
μηδέ τιν᾽ εἰπεῖν παρὰ Περσεφόνῃ

v. 122. σπεύδων] ἐπιμελούμενος. Soph. El. 251. τὸ σὸν σπεύδουσ᾽ ἅμα Καὶ τοὐμὸν αὐτῆς. Plat. Gorg. p. 455. C. καὶ ἐμὲ νῦν νόμισον καὶ τὸ σὸν σπεύδειν. Conf. infra v. 1175. 1201.

v. 123. βάκχης] vatis Cassandrae. Infra v. 676. τὸ βακχεῖον κάρα τῆς θεσπιῳδοῦ Κασάνδρας. Eadem Μαινάς dicitur El. 1032. Troad. 415. – ἀνέχων, colens, honore extollens. Pind. Pyth. II. 88. χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, ὃς ἀνέχει ποτὲ μὲν τὰ κείνων, τότ᾽ αὖθ᾽ ἑτέροις ἔδωκεν μέγα κῦδος. Simillimus locus Sophoclis Ai. 211. Λέγ᾽, ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον Στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας, de quo mihi quidem subtilius quam verius disputare videtur Hermannus ad Oed. Col. p. 150.

v. 125. τὼ Θησείδα] Acamas et Demophon, quos, etsi Homero non memoratos, cyclici poetae et tragici celebraverunt. – In verbis ὄζω Ἀθηνῶν facile agnoscis Homericae dictionis vestigia.

v. 128. στεφανοῦν] i. q. τιμᾶν. Vid. Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 684. Similis usus verbi στέφειν Soph. Antig. 431. Χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει, et. Aiac. v. 93. στέφανος, honor, apud Eurip. Herc. F. 1334. – αἵματι χλωρῷ. Χλωρὸν αἷμα ap. Soph. Trach. 1055. Cicero interpretatus est decolorem sanguinem, rectius vivum Hermannus. Cf. infra v. 537. ibique annot.

v. 132. λόγων κατατεινομένων] Plato de Rep. II. p. 367. B. ἀλλ᾽ ἐγὼ – σοῦ ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι τἀναντία ὡς δύναμαι μάλιστα κατατείνας λέγω.

v. 134. κόπις,] callidus ac veterator. Musgravius confert Lycophr. 763. 1464. Adde Lucian. Conviv. §. 6. T. III. p. 422. Wyttenb. ad Ecl. hist. p. 425. Citat hunc locum propter vocabulum κόπις Etym. M. c. 529. 24. Vulgo eiusmodi ho-

*στάντα φθιμένων,*
*ὡς ἀχάριστοι Δαναοὶ Δαναοῖς* 140
*τοῖς οἰχομένοις ὑπὲρ Ἑλλήνων*
*Τροίας πεδίων ἀπέβησαν.*
*ἥξει δ' Ὀδυσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη*
*πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν,*
*ἔκ τε γεραιᾶς χερὸς ὁρμήσων.* 145
*ἀλλ' ἴθι ναούς, ἴθι πρὸς βωμούς,*
*ἵζ' Ἀγαμέμνονος ἱκέτις γονάτων·*
*κήρυσσε θεοὺς τούς τ' οὐρανίδας*
*τούς θ' ὑπὸ γαῖαν.*
*ἢ γάρ σε λιταὶ διακωλύσουσ'* 150
*ὀρφανὸν εἶναι παιδὸς μελέας,*
*ἢ δεῖ σ' ἐπιδεῖν τύμβου προπετῆ*
*φοινισσομένην αἵματι παρθένον*
*ἐκ χρυσοφόρου*
*δειρῆς νασμῷ μελαναυγεῖ.*

minem *δημοκόπον* dicebant, v. Dorvill. ad Charit. I. 5. p. 58. ed. Amst. Huc respexit etiam Eustathius p. 201. 23. R. *δημοχαριστὴς κατὰ τοὺς τραγικοὺς Ὀδυσσεύς.*

v. 143. *ὅσον οὐκ ἤδη*] Thucyd. VI. 34. *οἱ δὲ ἄνδρες καὶ ἐπέρχονται καὶ ἐν πλῷ εὖ οἶδ' ὅτι ἤδη εἰσὶ καὶ ὅσον οὔπω πάρεισι.* Cf. Nostri Bacch. 1076. Matth. Gr. §. 476. not. 1.

v. 144. *πῶλον*] de Polyxena, ut Androm. 621. *κακῆς γυναικὸς πῶλον.* Hipp. 545. de Iole: *τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ πῶλον ἄζυγα λέκτρων.* Similiter *μόσχος* v. 203. 526. Iph. A. 1623.

v. 146. Sollemnis arae et templi in eiusmodi locis coniunctio. Androm. 161. *κοὐδέν σ' ὀνήσει δῶμα Νηρῆδος τόδε, Οὐ βωμὸς οὐδὲ ναός, ἀλλὰ κατθανεῖ.* Ion. 1275. *Ἀλλ' οὔτε βωμὸς οὔτ' Ἀπόλλωνος δόμος Σώσει σ'.* Ceterum a praepositione *πρός*, semel posita et alteri e duobus nominibus adiuncta, pendet simul prius substantivum. Helen. 872. *Τροίας δὲ σωθεὶς κἀπὸ βαρβάρου χθονός.* Vid. Herm. ad Vig. p. 854. Matth. Gr. §. 595. 4.

v. 149. *τούς θ' ὑπὸ γαῖαν.*] Alc. 895. *λῦπαί τε φίλων τῶν ὑπὸ γαῖαν.* Aesch. Eum. 950. *πότνι' Ἐρινὺς παρά τ' ἀθανάτοις τοῖς θ' ὑπὸ γαῖαν*: quos locos indicavit Matthiaeus. Porsonus metri causa contra libros scripsit *γαίας*, quod ne imitere cavit Seidlerus de Verss. dochm. p. 82.

v. 151. *ὀρφανὸν παιδός*] Structuram usumque vocis haec illustrant exempla: Androm. 308. *τεκέων ὀρφανοὶ γέροντες.* Cf. Pind. Ol. IX. 65. El. 914. *ὀρφανὴν φίλου πατρός.* Or. 1136. *νύμφας τ' ἔθηκαν ὀρφανὰς ξυναόρων.*

v. 154. Apte Porsonus comparavit Hom. Il. *β.* 872. *ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πολεμόνδ' ἴεν, ἠΰτε κούρη.*

*ΕΚΑΒΗ.*

οἲ 'γὼ μελέα, τί ποτ' ἀπύσω; 155
ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν;
δειλαία δειλαίου γήρως,
δουλείας τᾶς οὐ τλατᾶς,
τᾶς οὐ φερτᾶς· ᾤ μοι μοι.
τίς ἀμύνει μοι; ποία γενεά, 160
ποία δὲ πόλις;
φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες.

v. 160. *Γενεά* corr. Hermannus. Vulgo *γέννα*, quod, quum ultimam syllabam brevem habeat, versum corrumpit: nisi forte eam adhibendam putas excusationem, quae valet in exclamationibus. Cf. Iph. T. 155. ubi similiter correctum est *γενεά*.

v. 164. *ἥσω* Ald. rell. *ἠσῶ* Flor. 2. 10. 25. Aug. c. Schol. Ars. Gu. Flor. 21. Aug. ap. Herm. quod etsi agnoscit etiam Etym. M. 467, 5. recte, ut grammaticorum commentum, explosit Dindorfius ad Suppl. 699. Veruntamen quum illud etiam obscurum videretur, quo sensu poeta *ἥσω* dixisset, certatim viri docti hunc locum emendare conati sunt. Musgravius coni. *ποῦ δ' ἥσω πόδα; τίς θεῶν* etc. quod recepit Br., *πόδα* a Musgravio adscivit Hermannus, sed idem servavit *ποῦ τις θεῶν*. In Elementis autem doctr. metr. p. 738. emendavit *ποῖ δ' ἐσθῶ;* eodem sensu, quem vulgatis tribuerat Heathius, coll. Etym. M. p. 483. *ἕω, ὁ μέλλων ἕσω· ὁ παρακείμενος ἧκα· ὁ παθητικὸς ἧσμαι·*

v. 155. Carmen hoc, quod usque ad v. 215 pertinet, ex pluribus constare paribus stropharum et antistropharum, nemo facile rei scenicae peritus dubitet. Illud vero perdifficile dictu est, quid sit ad coniecturam probabilius ex his, quae magna cum opinionum varietate de antistrophica huius fabulae partis descriptione disputaverunt viri docti: nisi quod omnes tanta in addendo, demendo, transponendo licentia utuntur, quantam si quis ad ceteros scriptores attulerit, haud facile temeritatis crimen effugiat. Eo autem magis incerta omnia esse intelligitur, quod qui tractaverunt hoc carmen non solum inter se vehementer dissident, sed secum etiam ipsi pugnant. Etenim, quem principem in hoc genere dicas, Hermannus quum tres proposuerit constituendi carminis rationes, primum in editione huius fabulae, deinde in diss. de usu antistr. p. X., denique in Elem. doctr. metr. p. 738 seq., eae omnes valde inter se dissimiles sunt. Diversam rationem etiam Seidlerus iniit in libro de Verss. dochm. p. 294 ss., postremo Reisigius in Coniect. I. p. 286 ss. Quid quaeris? sextam quandam formam ipse concinnaveram, eamque, ut mihi quidem videbatur, satis probabilem, antequam hoc genus critices ab huius editionis consilio alienum iudicassem. Neque vero, quod fecit Matthiaeus in commentariis criticis, ut singulas virorum doctorum coniecturas commemoraret, idem mihi faciendum videbatur, quandoquidem, id quod maxime expetimus, iudicari quum de universa descriptionis ratione, tum de singulis correctionibus, nisi speciem ipsam ac figuram carmi-

ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν,
στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις θεῶν
ἢ δαίμων ἔστ' ἐπαρωγός; 165
ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι Τρῳάδες, ὦ
κάκ' ἐνεγκοῦσαι
πήματ', ἀπωλέσατ', ὠλέσατ'· οὐκέτι μοι βίος
ἀγαστὸς ἐν φάει.
ὦ τλάμων, ἄγησαί μοι, 170
πούς, ἄγησαι τᾷ γραίᾳ

ὁ ὑπερσυντελικὸς ἥσμην· τὸ τρίτον ἧστο καὶ καθῆστο. ἢ ἀπὸ τοῦ ἕημι ὁ μέλλων ἥσω. Quanquam ἥσω qui ea notione dixerit, ne ipsi quidem, opinor, grammatici veteres commemorare possint. Longe aliam rationem ingressus est Porsonus, qui quidem in loco Dionysii Hal. de comp. verb. p. 220. ed. Schaef. huiusmodi lectionis sibi visus est vestigia deprehendisse: Ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν Στείχω; ποίαν δῆθ' ὁρμάσω; Ποῦ μοι τις θεῶν Ἢ δαίμων ἐστὶν ἀρωγός; Postremo Reisigius haec verba στείχω; ποῖ δ' delevit, coniungens ποίαν ἢ ταύταν ἢ κείναν ἥσω;

v. 165. ἔστ' ἐπαρωγός; Verbum substantivum haud pauci codices omittunt, in iisque illi, qui δαιμόνων praebent, de quo dictum in annotatione. Ἔστ' utrum rectius absit necne, iudicari non potest, nisi de stropharum ratione certius constiterit. Hermanno autem iudice Euripides, si posuit hoc verbum, elegantius scripturus fuerat ἐστὶν ἀρωγός.

nis ob oculos positam habeas, haud facile potest. Longe enim maxima pars earum emendationum, quae a metrorum ratione profectae sunt, ita comparata est, ut, quum neque a libris MSS. auctoritatem, neque ex sententiarum conditione necessitatem habeant, tamen ipsa concinnitatis contemplatione se commendare debeant: quae res quam vim habeat, non obscurum est ei, qui veterum poetarum in hoc genere diligentiam cognorit. Itaque satis habemus indicasse libros, quos adeat lector talium rerum studiosus. Codicum tamen lectiones, si quae memorabiles viderentur, et coniecturas virorum doctorum eas, quae non ad solam numerorum restitutionem pertinerent, diligenter enotavimus. Tironum causa monendum est primarium numerum esse anapaesticum, non eius generis, quod legitimum vocant, sed liberiorem; admixti sunt autem aliquot versus dactylici et dochmiaci.

v. 162. φροῦδος] occidit. Troad. 40. φροῦδος δὲ Πρίαμος καὶ τέκνα. Eadem vis verborum οἴχεσθαι, βεβηκέναι. De ellipsi verbi εἶναι cf. Matth. Gr. §. 306.

v. 164. ποῖ δ' ἥσω;] Sequor Seidlerum, qui supplet ἐμαυτόν, coll. Lobeckii annotatione ad Soph. Aiac. p. 258 seq., ubi de intransitiva potestate verborum ab ἱέναι compositorum agitur. — Mox peius est, quod nonnulli codd. exhibent, δαιμόνων. Exquisitioris structurae exemplum suppeditat Electr. v. 1233. ἀλλ' οἵδε δόμων ὑπὲρ ἀκροτάτων Φαίνουσί τινες δαίμονες ἢ θεῶν Τῶν οὐρανίων.

v. 166. κάκ' ἐνεγκοῦσαι] malorum nuntiae. Quo sensu

πρὸς τάνδ' αὐλάν· ὦ τέκνον, ὦ παῖ
δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ',
ἔξελθ' οἴκων· ἄϊε ματέρος
αὐδάν, ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς 175
οἵαν οἵαν
ἀΐω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἰώ,
μᾶτερ, μᾶτερ, τί βοᾷς; τί νέον
καρύξασ' οἴκων μ', ὥστ' ὄρνιν,
θάμβει τῷδ' ἐξέπταξας; 180

ΕΚΑΒΗ.

ἰώ μοι, τέκνον.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

τί με δυσφημεῖς; φροίμιά μοι κακά.

ΕΚΑΒΗ.

αἰαῖ, σᾶς ψυχᾶς.

v. 181. *ἰώ μοι, τέκνον.* Sic Flor. 33. Vulgo *ᾤ μοι, τέκνον.* Alii codd. *οἴμοι, τέκνον* vel *ὤμοι μοι, τέκνον.*

v. 183. Aliquot codd. *ψυχᾶς πέρι*, quod ex v. 177. vel 197. illatum videtur Porsono.

v. 187. *ὦ* uncis inclusum est auctore Hermanno.

v. 189–190. *κοινὰ – γνώμα* P. Vict. Havn. Florr. *κοινᾷ – γνώμᾳ* Ald. Brub. Herv. 1. 2.

satis frequens verbum *φέρειν*, ut in Phoen. 1079. *Ὦ φίλτατ', ἦπου ξυμφορὰν ἥκεις φέρων;*

v. 172. Ridet hunc locum Aristoph. Nub. 1161., ubi filium Strepsiades compellat his verbis: *ὦ τέκνον, ὦ παῖ παῖ, Ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε σοῦ πατρός.*

v. 179. *ὥστ' ὄρνιν,*] Animal pavore conspicuum. Herc. F. 974. *Ἄλλος δὲ βωμόν, ὄρνις ὥς, ἔπτηξ' ὕπο.* Cycl. 407. *Ἄλλοι δ' ὅπως ὄρνιθες ἐν μυχοῖς πέτρας Πτήξαντες εἶχον.* Iungenda autem *οἴκων μ' ἐξέπτηξας. Ἐκπτήσσειν* active dixit praeeunte Homero Il. ξ. 40. ceterum structura similis Ion. 635. *οὐδέ μ' ἐξέπληξ' ὁδοῦ Πονηρὸς οὐδείς.*

v. 182. *φροίμιά μοι κακά.*] Usitata haec formula, ubi quis ex alterius initio orationis mala nuntiaturum suspicatur. Troad. 707. *Τί δ' ἔστιν, ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν;* cf. Phoen. 1346. Hipp. 568. Dorvill. ad Charit. p. 443.

v. 184. Hom. Il. α. 363. *Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω.* Mox *δειμαίνω, τί ποτ' ἀναστένεις* brevius dictum, quum sensus sit: metuo, dum dubito, quid tandem ingemiscas. Explicuit hanc rationem, non neglecto hoc loco, Lobeckius ad Sophoclea illa Ai. 793. *ὥστε μ' ὠδίνειν, τί φῄς.*

v. 189–191. Iam olim dubitatum est de lectione et structura huius loci: ac quum *γέννα* non videretur ita nude positum compellationi Polyxenae inservire posse, revocavit nuper Seidlerus editionum

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἐξαύδα, μὴ κρύψῃς δαρόν.
δειμαίνω, δειμαίνω, μᾶτερ, 185
τί ποτ' ἀναστένεις;

ΕΚΑΒΗ.

[ὦ] τέκνον, τέκνον μελέας ματρός.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

τί τόδ' ἀγγέλλεις;

ΕΚΑΒΗ.

σφάξαι σ' Ἀργείων κοινὰ
ξυντείνει πρὸς τύμβον γνώμα 190
Πηλείδα, γέννα.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

οἴμοι, μᾶτερ, πῶς φθέγγει
ἀμέγαρτα κακῶν; μάνυσόν μοι,
μάνυσον, μᾶτερ.

v. 194. Vulgo *μάνυσόν μοι, μᾶτερ.* Pronomen, omissum a Vit. Flor. 10. delevit Hermannus. Retinuit Reisigius, in antistrophico autem v. 191. scripsit *Πηλείδα μοι γέννα,* simul compositurus illas turbas, quas de hoc loco moverunt interpretes. Vide annotationem nostram ad v. 189.

veterum scripturam *κοινᾷ γνώμᾳ*, coniunxitque *Πηλείδα γέννα*, i. e. Neoptolemus. Non nego carere nos posse genitivo ad illa *πρὸς τύμβον*: cuius enim ad tumulum immolanda sit Polyxena, ex eius nomine, quem caedem exsequuturum dicit, facile perspicitur. Illud vere permirum videatur necesse est, unde de Neoptolemo compererit Hecuba, nisi si hoc dicas, iam ante classis in Chersonesum adventum, quum de postulatis Achillis ageretur, neminem esse magis idoneum iudicatum, qui sacrum perficeret, Neoptolemo: postea rem dilatam. Hoc igitur qui probat, per me licet amplectatur alteram lectionem *κοινᾷ γνώμᾳ*. Nam illud non afferam, quod monet Seidlerus, videri Euripidem non tam Polyxenam respicere quam spectatores, quibus ea res pluribus iam esset enarrata. Ceterum eadem est difficultas in alia quadam ratione, quae in Scholiis prodita est, quum scribitur *γέννᾳ*, hoc ordine verborum: *κοινὰ γνώμα Ἀργείων ξυντείνει γέννᾳ Πηλείδα σφάξαι σε πρὸς τύμβον.* Interim codicum lectionem non mutavi, quum, possitne *γέννα* pro vocativo haberi necne, certe dubitari queat.

v. 193. *ἀμέγαρτα κακῶν;*] Soph. Oed. Col. 1238. *κακὰ κακῶν.* Cf. Matth. Gr. §. 442. 1. De voc. *ἀμέγαρτος* disputavit Buttmannus Lexil. I. p. 258 seqq. Ceterum non possum, quin commemorem hoc loco satis speciosam coniecturam Reisigii, viri ingeniosi, in Coniect. I. p. 288 seq. Is stropharum, quas descripsit, quartam orditur v. 182, cui quo melius responderet an-

ΕΚΑΒΗ.

αὐδῶ, παῖ, δυςφήμους φάμας· 195
ἀγέλλουσ' Ἀργείων δόξαι
ψήφῳ τᾶς σᾶς περί μοι ψυχᾶς.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ὦ δεινὰ παθοῦσ', ὦ παντλάμων,
ὦ δυστάνου μᾶτερ βιοτᾶς,
οἵαν οἵαν αὖ σοι λώβαν 200
ἐχθίσταν ἀῤῥήταν τ'
ὦρσέν τις δαίμων;
οὐκέτι σοι παῖς ἅδ', οὐκέτι δὴ
γήρᾳ δειλαία δειλαίῳ
ξυνδουλεύσω.
σκύμνον γάρ μ' ὥςτ' οὐρειθρέπταν,
μόσχον δειλαία δειλαίαν 205
εἰςόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν
σᾶς ἄπο, λαιμότομόν τ' Ἅιδᾳ
γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον, ἔνθα νεκρῶν μέτα

v. 197. ἐχθίσταν omisit Aug. a. neque agnoscit Schol. Illud simul vocabulum et, quod voc. ἀῤῥήταν subiectum est, τε delevit Kingius. Deinde ante Porsonum scribebatur ὦρσε.

v. 210. Vulgo ἁ τάλαινα. Articulum deleverunt Seidlerus et Hermannus in Elem. doctr. metr.

tistropha, primum vv. 195–197. et 189–191. suas invicem sedes permutare iussit; deinde v. 188. reiecit ad finem strophae, sed adauctum hoc modo: τί τόδ' ἀγγέλλεις μοι, μᾶτερ: qui autem eo loco vulgo legebatur v. 186. τί ποτ' ἀναστένεις; transposuit in eum locum, unde alterum expulerat (v. 188.). Comprehenditur igitur stropha δ'. vv. 182 – 185. 188. antistr. δ'. vv. 187. 186. 195 - 197. stroph. ε'. vv. 192 –194. antistr. ε'. 189 – 191. Qua de re quae disputavit, eo videntur minus negligenda, quod etiam ex sententiarum nexu petiit argumenta, quibus et narrationis in vulgato versuum ordine perversitatem argueret et transponendi necessitatem demonstraret. Absurdum enim videtur Hecubam, quum vv. 189 - 191. verbis satis perspicuis Polyxenae consilium Argivorum declarasset, iterum sciscitanti filiae tantum non griphos et aenigmata reddere ac tanquam de re obscura et incerta loqui. Huic igitur perversitati transpositione medetur vir doctissimus: mihi hac quidem de causa nihil temere novandum esse constat. Ipsa enim illa extremorum verborum obscuritas vel maxime apta videtur matri, quae, quum et suo ipsius dolore oppressa et filiae acriter instantis precibus victa nuntium caedis sibi eripi passa esset, tanta rei atrocitate commota videri debet, mox ut verbis uteretur minus definitis, ac, si verum dicere volumus, ita loqueretur, ut cautam decebat in re nuntiorum

τάλαινα κείσομαι. 210
σὲ μέν, ὦ μᾶτερ δύστανε βίου,
κλαίω πανοδύρτοις θρήνοις·
τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν λύμαν τ᾽,
οὐ μετακλαίομαι. ἀλλὰ θανεῖν μοι
ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν. 215

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός,
Ἑκάβη, νέον τι πρὸς σὲ σημανῶν ἔπος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

γύναι, δοκῶ μέν σ᾽ εἰδέναι γνώμην στρατοῦ
ψῆφόν τε τὴν κρανθεῖσαν· ἀλλ᾽ ὅμως φράσω.
ἔδοξ᾽ Ἀχαιοῖς παῖδα σὴν Πολυξένην 220
σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ᾽ Ἀχιλλείου τάφου.
ἡμᾶς δὲ πομποὺς καὶ κομιστῆρας κόρης
τάσσουσιν εἶναι· θύματος δ᾽ ἐπιστάτης
ἱερεύς τ᾽ ἐπέστη τοῦδε παῖς Ἀχιλλέως.
οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον; μήτ᾽ ἀποσπασθῇς βίᾳ 225

v. 211. Vulgo καὶ σὲ μέν, μᾶτερ δύστανε. Codd. nonnulli δυστάνου βίου, unde illud, quod reposui, effecit Hermannus.
v. 212. Blomfieldus ad Aesch. Pers. 935. malit πανδύρτοις.

fide accepta. Neque illud mirum videri potest, quod Polyxena priorem matris orationem, claram ac disertam, non percipere videtur; post, intellecta re, querelas fundit. Scilicet tam illud inopinatum tamque crudele fuit consilium, ut repetita demum narratione ad credendum adduceretur et magnitudinem periculi ex ipsa illa haesitatione conicctaret.

v. 202. παῖς ἅδ᾽,] i. e. ἐγώ. V. Schaefer. Melet. crit. p. 114.

v. 206. ἀναρπαστάν] e tua manu raptam ac de medio sublatam. Soph. El. 848. ὅς γὰρ ἔτ᾽ ἦν, φροῦδος ἀναρπασθείς. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 416.

v. 210. κείσομαι.] Eximie hoc verbum de mortuis ponitur. Soph. Antig. 76. ἐκεῖ γὰρ ἀεὶ κείσομαι. Eurip. Phoen. 1289. Θανοῦσι δ᾽ αὐτοῖς συνθανοῦσα κείσομαι. Suppl. 1063. πόσει γὰρ συνθανοῦσα κείσομαι.

v. 219. κρανθεῖσαν] Troad. 779. ὅθι σοι Πνεῦμα μεθεῖναι ψῆφος ἐκράνθη. Androm. 1271. Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν Ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν ὀφείλεται.

v. 223. Iunge: θύματος δὲ τοῦδε ἐπιστάτης etc.

v. 225. οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον;] scisne igitur quid facere te velim? Originem huius dictionis explicuit Hermannus ad Vig. p. 740. ex traiectione verborum, quorum hic ordo esse debuerat: δρᾶσον οἶσθ᾽ ὅ; Exempla vide collecta ab Elmsl. ad Soph. Oed. T. 543. — ἀποσπασθῇς, ἀφαιρεθῇς. Sophocl. Oed. Col. 866. ὅς μ᾽, ὦ κάκιστε, ψιλὸν ὄμμ᾽ ἀποσπάσας Πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχει βίᾳ. Cf. Troad. 613. Xenoph. Eph. I. 11. p. 20. 14.

μήτ' ἐς χερῶν ἅμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί·
γίγνωσκε δ' ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν
τῶν σῶν. σοφόν τοι κἀν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

αἰαῖ· παρέστηχ', ὡς ἔοικ', ἀγὼν μέγας,
πλήρης στεναγμῶν οὐδὲ δακρύων κενός. 230
κἀγὼ γὰρ οὐκ ἔθνησκον οὗ μ' ἐχρῆν θανεῖν,
οὐδ' ὤλεσέν με Ζεύς, τρέφει δ', ὅπως ὁρῶ
κακῶν κάκ' ἄλλα μείζον' ἡ τάλαιν' ἐγώ.
εἰ δ' ἔστι τοῖς δούλοισι τοὺς ἐλευθέρους
μὴ λυπρὰ μηδὲ καρδίας δηκτήρια 235
ἐξιστορῆσαι, σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών,
ἡμᾶς δ' ἀκοῦσαι τοὺς ἐρωτῶντας τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔξεστ', ἐρώτα· τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ.

v. 231. L. Dindorfius coni. κἄγωγ' ἄρ': quod nemo esset, cui se aequipararet Hecuba. Est vero. Quanquam ne tum quidem, si reprehendi posset vulgatum κἀγώ, probarem equidem coniecturam.

v. 227. γίγνωσκε δ' ἀλκήν] Considera, quid virium habeas, id est, reputa omni te destitutam praesidio. Androm. 126. γνῶθι τύχαν, λόγισαι τὸ παρὸν κακόν.

v. 228. σοφόν τοι] „Particulam τοι in gnomis amant Tragici." *Porson.* Vid. Heind. Plat. Protag. p. 597.

v. 231. Ea longe miserrima est conditio, si, cui opitulari et velis et debeas, ei propter tua ipsius mala prodesse nequeas. Ac talis est Hecubae fortuna, quae, quum filiam in vitae discrimen adductam periculo liberare cupiat, tot tantisque se et ipsam miseriis urgeri sentit, ut, quomodo illam ereptura sit, haud facile intelligi possit. Sensus igitur est: Grave instat certamen, quod ego, quae sola Polyxenae salutis spes relinquebatur, et ipsa misera sum.

v. 238. τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ.] Hoc vult, si quid ex mora solatii percipere possit Hecuba, id se lubentem illi concedere: decretum Argivorum, vereri, ut labefactare queat. De constructione verbi φθονεῖν cf. Xen. Conviv. I. 12. ἀλλὰ μέντοι, ὦ ἄνδρες, αἰσχρὸν στέγης γε φθονῆσαι. Plat. Protag. p. 327. A. al.

v. 239–241. Auctor narrationis de Ulixe speculatoris habitu Troiam ingresso est Homerus Odyss. δ. 242 seqq. cf. Lycophr. 779 ss. Vers. 240 seq. scribi poterat, ὀμμάτων τ' ἄπο φόνου σταλαγμοῖς σὴν καταστάζων γένυν, (cf. Wyttenb. ad Plutarch. T. I. p. 336.) idque ad grammaticam rationem paullo accuratius: nunc, quod alibi etiam fieri observatum est ad Med. v. 11., intulit verbum finitum, ususque simul est alia constructione verbi καταστάζειν, qua referretur ad σταλαγμοί. Sed hoc levius, nec monuissem, nisi cavendum videretur, ne quem in partes traheret Porsonus, prius τε, si cui displiceret, legi posse existimans δυσχλαινίαις ἄμορφος. Illud haud exiguas interpretum turbas excitavit, quaenam esset

ΕΚΑΒΗ.

οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος,
δυςχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο 240
φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οἶδ'· οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου.

ΕΚΑΒΗ.

ἔγνω δέ σ' Ἑλένη, καὶ μόνῃ κατεῖπ' ἐμοί;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μεμνήμεθ' ἐς κίνδυνον ἐλθόντες μέγαν.

ΕΚΑΒΗ.

ἥψω δὲ γονάτων τῶν ἐμῶν ταπεινὸς ὤν; 245

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὥςτ' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν.

ram Dindorfii, quum in eiusmodi sententia, qualem ille requirit, pronomen abesse, certe quidem eius vim non augeri oportuerit.

v. 240, 241. Musgr. coni. *δόλου σταλαγμοί*, Porsonus *φόβου σταλαγμοί*. Hermannus, interpretationem amplexus Iacobsii his verbis, *ὀμμάτων τ' ἄπο – γένυν*, sententia subiecta. Ac plerique corruptum locum iudicaverunt: quorum coniecturae expositae sunt in Var. Lect. Est vero, me iudice, sanissimus, et cum Iacobsio (Adnimadv. ad Eurip. p. 4.) explicandus de corporis laceratione, qua, ne agnosceretur, usus tum erat Ulixes. De Furiis Aeschylus Choeph. 1045. *Κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυςφιλές.* Sed hoc loco *ὀμμάτων ἄπο* minus urgendum, neque ipsi magis oculi, quam *τὰ ὑπώπια* intelligenda. Egregie in hanc rem facit Iphig. T. 1373. *Ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ Κάθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν.* Is, credo, habitus atque ea deformitas oris verberibus caesi decent hominem infimae sortis, cuius tum falsam speciem *πολύτλας* ille induerat. Sed haec hactenus. Commemoranda est enim interpretatio Schol., quam nuper exornavit Boissonadius, cui assentitur Matthiaeus. *Τὰ δάκρυα*, inquit, *ἃ τότε ὁ Ὀδυσσεὺς ἐδάκρυε φωραθείς, φόνου δάκρυα ἦν· ἔκλαιε γάρ, ἐπειδὴ τὸν περὶ ψυχῆς ἔτρεχεν· ὅθεν καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ αἱμάτινα δάκρυα φαμὲν, ἤγουν φονικά.* Proverbialem loquutionem *αἵματι κλαίειν* commemorant Photius Epist. 138. Apostol. Adag. I. 85. Bekker. Anecd. Gr. I. p. 356, 13. Cf. Bast ad Greg. Corinth. p. 583. Ego tamen dubito, an formula ex quotidiano sermonis usu repetita a Tragicorum oratione aliena sit.

v. 242. Memini me id fecisse, quo ne deprehensus morte ausum luerem: neque enim mediocriter haec res me sollicitum habebat. De formula *ψαύειν καρδίας* cf. ad Med. 55.

v. 245. *ταπεινός* de supplice, ut Or. 1410. *ὄμμα δακρύοις πεφυρμένοι ταπεινοὶ ἕζοντο.* Androm. 165. *πτῆξαι ταπεινὴν προςπεσεῖν τ' ἐμὼν γόνυ.*

v. 246. *ὥςτ' ἐνθανεῖν γε*] Par-

ΕΚΑΒΗ.

τί δῆτ' ἔλεξας δοῦλος ὢν ἐμὸς τότε;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πολλῶν λόγων εὑρήμαθ', ὥςτε μὴ θανεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

ἔσωσα δῆτά σ' ἐξέπεμψά τε χθονός;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὥςτ' εἰςορᾶν γε φέγγος ἡλίου τόδε. 250

ΕΚΑΒΗ.

οὔκουν κακύνει τοῖςδε τοῖς βουλεύμασιν,
ὃς ἐξ ἐμοῦ μὲν ἔπαθες οἷα φῂς παθεῖν,
δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ;
ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ', ὅσοι δημηγόρους
ζηλοῦτε τιμάς· μηδὲ γιγνώσκοισθέ μοι, 255
οἳ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε,
ἢν τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι.
ἀτὰρ τί δὴ σόφισμα τοῦθ' ἡγούμενοι
ἐς τήνδε παῖδα ψῆφον ὥρισαν φόνου;
πότερα τὸ χρῆν σφ' ἐπήγαγ' ἀνθρωποσφαγεῖν 260
πρὸς τύμβον, ἔνθα βουθυτεῖν μᾶλλον πρέπει;

sii, tamen, quod sanguinis guttae ex capite, non ex oculis, destillare dicendae fuerint, hoc modo correctum edidit hunc versum: *ὀμμάτων θ' ὑπὸ φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν*, i. e. *ὀμμάτων σταλαγμοὶ ὑπὸ φόνου* (i. q. *μετὰ φόνου*) *σὴν κατέσταζον γένυν*.

v. **247–250.** Verum horum versuum ordinem e cod. Viteb., cui ticula *γέ* et hoc loco et saepe in responsionibus ita ponitur, ut et confirmet, quod alter dixerat, et novum quid ac saepe maius adiungi indicet. Cf. v. 250. Or. 1122. Phoen. 1353. Plura suppeditant Elmsleius ad Iph. T. 934. et Fritzschius Quaest. Lucian. p. 119 seq. Manus autem dicitur *ἐνθανεῖν πέπλοις*, quippe tam firmiter inhaerens, ut obriguisse videatur. Magis proprie, sed accommodate tamen ad perspiciendum verbi usum, Achilles Tatius III. 7. p. 64. 27. *καὶ ἐοίκασιν ἀποθνήσκειν οἱ δάκτυλοι.*

v. 253. *ὅσον δύνῃ;*] „Magis Attica forma *δύνα*." Porson. Igitur pro indicativo habuit: esse autem subiunctivum recte monuerunt Lobeckius ad Phryn. p. 359. et Hermannus ad Soph. Philoct. 798. Sequentia tetigit de abusu eloquentiae in Attica republica disputans Valckenaerius in Diatrib. p. 255. C.

v. 260. *τὸ χρῆν*, pro *χρῆναι*, agnoscit et notat Eustathius ad Odyss. K. p. 1647. 37. Il. I. p. 731. 54.

v. 265. *προσφάγματα*] Notabilis Graecorum consuetudo, appositionem ad nomen singula-

ἢ τοὺς κτανόντας ἀνταποκτεῖναι θέλων
ἐς τήνδ' Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον;
ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ἥδε γ' εἴργασται κακόν.
Ἑλένην νιν αἰτεῖν χρῆν τάφῳ προσφάγματα· 265
κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν ἐς Τροίαν τ' ἄγει.
εἰ δ' αἰχμάλωτον χρή τιν' ἔκκριτον θανεῖν
κάλλει θ' ὑπερφέρουσαν, οὐχ ἡμῶν τόδε·
ἡ Τυνδαρὶς γὰρ εἶδος εὐπρεπεστάτη,
ἀδικοῦσά θ' ἡμῶν οὐδὲν ἧσσον εὑρέθη. 270
τῷ μὲν δικαίῳ τόνδ' ἁμιλλῶμαι λόγον·
ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ', ἀπαιτούσης ἐμοῦ,
ἄκουσον. ἥψω τῆς ἐμῆς, ὡς φής, χερὸς
καὶ τῆς γεραιᾶς προςπίτνων παρηΐδος·
ἀνθάπτομαί σου τῶνδε τῶν αὐτῶν ἐγώ, 275
χάριν τ' ἀπαιτῶ τὴν τόθ', ἱκετεύω τέ σε,
μή μου τὸ τέκνον ἐκ χερῶν ἀποσπάσῃς,
μηδὲ κτάνητε. τῶν τεθνηκότων ἅλις·
ταύτῃ γέγηθα κἀπιλήθομαι κακῶν·
ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή, 280
πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.

suffragari etiam Gu. et Havn. monuit Matth., restituit Hermannus. Aldus eos hoc ordine ediderat: 249, 50, 47, 48.

v. 265. χρῆν, quod coniecerat Elmsleius ad Heracl. 959. ex cod. Flor. 10. reposuit Matthiaeus. Vulgo χρή.

v. 269. εὐπρεπεστάτη. Brunckius et Wakefieldius malint ἐκπρεπεστάτη, sine causa: quanquam haec vocabula saepe a librariis permutari constat. Vid. Valcken. ad Phoen. 171. Blomf. ad Aesch. Pers. 189.

ris numeri accommodatam plurali numero proferendi. Orest. 1053. καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν, κέδρου τεχνάσματα, ubi v. Porsonus. Cf. Matth. Gr. §. 431.

v. 268. ὑπερφέρουσαν.] Xenoph. de rep. Lac. XV. 3. μήτε δεῖσθαι τῶν μετρίων, μήτε πλούτῳ ὑπερφέρειν. Cf. ibid. XV. 8. Thucyd. I. 81. Porson. ad h. l.

v. 278. μηδὲ κτάνητε.] Recte ad pluralem transiit: nam ὁ ἀποσπάσων unus est Ulixes, οἱ ἀποκτενοῦντες omnes Graeci, quorum consensu caedes decreta erat.

v. 281. Colorem duxisse videtur ex Hom. Iliad. ζ. 429. Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ, Ἠδὲ κασίγνητος, σύ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης. Cf. Xenoph. Anab. I. 3. 6. Andocid. de myst. §. 140. Simillimum Euripidis locum apud Alexandrum Rhetorem p. 578. 2. Ald. laudavit Porsonus: Ἀλλ' ἥδε μ' ἐξέσωσεν· ἥδε μοι τροφός, Μήτηρ, ἀδελφή, δμωΐς, ἄγκυρα, στέγη.

οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών,
οὐδ' εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράσσειν ἀεί.
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ' ἔτι,
τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο. 285
ἀλλ', ὦ φίλον γένειον, αἰδέσθητί με,
οἴκτειρον· ἐλθὼν δ' εἰς 'Αχαϊκὸν στρατὸν
παρηγόρησον, ὡς ἀποκτείνειν φθόνος

v. 283. πράττειν multi MSS. πράσσειν unus Flor. cf. Porson. ad Hecub. 8. Vulgo πράξειν.

v. 293. λέγῃ libri omnes cum Gellio N. A. XI. 4. et Stobaeo Floril. Vol. II. p. 215. Sed maximo editorum Euripidis plausu et consensu Mureti (Opp. T. III. p. 593.), et Wassii (in Misc. Obss. II. p. 93.) coniectura λέγῃς comprobata atque in ordinem recepta est: nisi quod nuper vulgatae patrocinium suscepit, qui unus sententiam perspexit, Matthiaeus. Quanquam vellem virum praestantissimum aliis usum argumentis, quibus genuinam esse librorum scripturam et ea ratione interpretandam, quam indicavit, fidem faceret. Nam quod ait, ita saepe a Graecis scriptoribus diversa cum eodem nomine verba coniungi, ut eos sensum magis quam verba ipsa spectasse perspicuum sit, id, tametsi verissime monuit, tamen nisi cuiusque loci naturam consideres, quid est, quod tam inepte dicatur, quin hac ratione defendi possit? Ne-

v. 283. Paullo rarius quam aoristus praesentis infinitivus adiungitur verbis οἶμαι, δοκῶ, νομίζω, ἐλπίζω aliisque eiusdem generis, ubi communis usus futurum requirebat. Ac fit hoc plerumque cum quodam, quamvis levi, sensus discrimine. Velut, quod hoc loco legebatur, πράξειν si retineas, refertur sententia ad τοὺς κρατοῦντας, qui, si prospera fortuna utantur, haud constantem fore rerum secundarum sortem sperare debeant. Contra si librorum plurimorum auctoritati obsequuti πράσσειν legamus, generalior est sententia, qua eos, qui sint felices, non semper aequam habere fortunam existimare iubemur. Simillimus locus Troad. v. 1204. Θνητῶν δὲ μωρὸς ὅστις εὖ πράσσειν δοκῶν Βέβαια χαίρει. Alc. 1091. Μῶν τὴν θανοῦσαν ὠφελεῖν τι προσδοκᾷς; Lysias c. Alcib. II. §. 12. ὑμᾶς δὲ χρὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας την ψῆφον φέρειν, ἥνπερ ὅτε ᾤεσθε πρὸς τοὺς πολεμίους διακινδυνεύειν. Isocrat. Archid. §. 69. μὴ γὰρ οἴεσθ' αὐτοὺς μένειν ἐπὶ τούτοις. Anthol. Pal. V. 186. Μή με δόκει πιθανοῖς ἀπατᾶν δάκρυσσι, Φιλαινί.

v. 284. κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ',] Cave subaudias ex praecedentibus εὐτυχής vel εὐτυχοῦσα. Potius ipsum verbum εἶναι eam vim habet, ut significet in aliquo numero esse, rebus secundis florere.

v. 286. ὦ φίλον γένειον,] Compellatio, ducta a more habituque supplicum, quem discas ex Hom. Il. α. 500 seqq. Hinc frequens illa obtestandi formula, πρὸς γενείου vel γενειάδος, infra v. 753. Med. 65. Suppl. 277. Cf. Orest. 290. Androm. 574. cet.

v. 288. φθόνος] ἡ μέμψις, interprete Schol. Aristoph. Plut. 87.

v. 293. Κακῶς λέγειν licebat interpretari in hunc sensum, quo alibi dicitur ἀπιθάνως λέγειν. Sic Troad. 914. Ἴσως με, κἂν

γυναῖκας, ἃς τὸ πρῶτον οὐκ ἐκτείνατε
βωμῶν ἀποσπάσαντες, ἀλλ' ᾠκτείρατε. 290
νόμος δ' ἐν ὑμῖν τοῖς τ' ἐλευθέροις ἴσος
καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πέρι.
τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει. 295

que vero, quum duplex sit interpretatio verborum *κἂν κακῶς λέγῃ*, si eam amplectare rationem, quae a plerisque probata est, sententiarum aptus nexus desideratur. Sed hoc unum dicendum erat, quae esset admirabili testium omnium conspiratione confirmata scriptura, eam si quis recte explicaret, nihil offensionis relinqui.

v. 294. *πείσει* praeter Gellium l. c. omnes; hic autem *νικᾷ*, non male. Quanquam aptius alterum hoc loco, quum illud praecipue efficere studeat Hecuba, ut eam causam, quam quum maxime suscipi ab Ulixe volebat, ne defugiat aut reformidet.

v. 295. *αὐτός*. Vulgo *αὑτός*. Idem error corruperat Soph. El. 916. *τοῖς αὐτοῖσι τοι Οὐχ αὐτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστατεῖ*, ubi frustra librorum lectionem *οὐκ αὑτὸς* defendit Buttmannus ad Philoct. 119. Circumspecte de hoc genere mendorum iudicavit Matthiaeus ad Eurip. T. VII. p. 502 seqq.

*εὖ, κἂν κακῶς δόξω λέγειν, Οὐκ ἀνταμείψει*. Quod qui sequuti sunt, his sane necesse erat corrigere librorum lectionem ea ratione, cuius auctores Muretus et Wassius exstiterunt. Etenim quemadmodum recte dicitur *τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν πείσει*, tu pro auctoritate tua persuadebis, ita ineptam habet sententiam illud alterum, *τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν κακῶς λέγει*, parum probabiliter dicis, quatenus magnam auctoritatem habes. Nisi si quis de eiusmodi homine loquatur, cuius fidei gravitas officiat: quod caderet in Antiphontem illum Rhamnusium, formidabilis eloquentiae virum, non cadit hoc loco in Ulixem. Alia res est, si verba illa *κακῶς λέγειν* non de iis accipiamus, quae quis minus diserte dicat, sed de rebus, quae ab eorum, qui audiunt, utilitate abhorreant. Ac fieri hoc posse docuit Matthiaeus coll. Phoen. 1643. *Οὐκ, ἤν πονηρά γ' ᾖ κακῶς τ' εἰρημένα.* Iam vero illud etiam recte dicitur, *τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν κακῶς λέγει*, siquidem auctoritatis vis non in bonarum tantum rerum commendatione cernitur, sed eadem uti licet vel potius abuti ad malas ac parum commodas obtinendas.

v. 295 seq. Sensus est: Eadem res, quamvis parum ipsa per se commendabilis, facilius tamen probatur, si patronum gravem ac nobilem nacta fuerit, quam si ab ignobilis oratoris prudentia pendeat. Huic enim, quod in tali causa difficillimum est, argumentis vincendum; illius, etiamsi nihil praeter ceteros attulerit, valet auctoritas. *Οἱ δοκοῦντες*, nobiles, ut apud Pind. Nem. VII. 30. *ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμ' Ἀΐδα, πέσε δ' ἀδόκητον ἐν καὶ δοκέοντα.* Noster Troad. 608. *Ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω Τὸ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν.* Heracl. 895. *τερπνὸν δέ τι καὶ φίλων ἄρ' εὐτυχίαν ἰδέσθαι τῶν πάρος οὐ δοκούντων.*

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἔστιν οὕτω στεῤῥὸς ἀνθρώπου φύσις,
ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων
κλύουσα θρήνους οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ
τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενί. 300
ἐγὼ τὸ μὲν σὸν σῶμ', ὑφ' οὗπερ εὐτύχουν,
σώζειν ἕτοιμός εἰμι κοὐκ ἄλλως λέγω·
ἃ δ' εἶπον εἰς ἅπαντας οὐκ ἀρνήσομαι,
Τροίας ἁλούσης ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ στρατοῦ
σὴν παῖδα δοῦναι σφάγιον ἐξαιτουμένῳ. 305
ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.
ἡμῖν δ' Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς, γύναι,
θανὼν ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος κάλλιστ' ἀνήρ. 310

v. 296. *οὐκ ἔστιν* MSS. et edd. Sed *τίς ἔστιν* exstat apud Gregor. Cor. p. 63. ed. Schaef., quod probavit Editor Gregorii et recepit Porsonus. Ne dicam leviorem esse illius grammatici aucto-

v. 296. *οὕτω στεῤῥὸς – ἥτις*] Helen. 509. *Ἀνὴρ γὰρ οὐδεὶς ὧδε βάρβαρος φρένας, Ὃς ὄνομ' ἀκούσας τοὐμὸν οὐ δώσει βοράν.* Vid. Schaef. Melet. crit. p. 71. Appar. crit. ad Demosth. T. II. p. 531.

v. 299. *διδάσκου*] docilem te praebe. Aristoph. Plut. 473. *Καὶ σύγε διδάσκου.* – *τῷ θυμουμένῳ*, i. e. *τῷ θυμῷ*, propter iram. Attigit Reisigius Coniect. I. p. 143. cf. Matth. Gr. §. 570. Mox iunge *ποιοῦ φρενί*, existima. *Ποιεῖσθαι* enim i. q. *ἡγεῖσθαι*. Thucyd. IV. 82. *Περδίκκαν πολέμιον ποιοῦνται*, hostem iudicant. Sic *δεινὸν ποιεῖσθαι* Herodot. I. 127. Thuc. I. 102. VI. 60. Plutarch. V. Thes. c. 7. Agathias Histor. II. 10. p. 85, 19. ed. noviss. *οὐκ ἀνασχετὸν ποιεῖσθαι* Thuc. I. 118.

v. 303. *ἃ δ' εἶπον – σὴν παῖδα δοῦναι*] Vulgo supplent *δεῖν*, cuiusmodi ellipsi opus non esse monuit Herm. ad Vig. p. 745. Orest. 269. *οἷς μ' εἶπ' Ἀπόλλων ἐξαμύνασθαι θεάς.* 914. *ὃς εἶπ' Ὀρέστην καὶ σ' ἀποκτεῖναι πέτροις.* Cf. Troad. 718. Iph. T. 85. Thucyd. VI. 29. *ἄλλους ῥήτορας ἐνιέντες, οἳ ἔλεγον νῦν μὲν πλεῖν καὶ μὴ κατασχεῖν τὴν ἀγωγήν.* – *εἰς ἅπαντας.* Suppl. 668. *Κήρυξ δὲ Θησέως εἶπεν ἐς πάντας τάδε.* Vid. Porsoni Adversaria p. 273. ed. Lips.

v. 308. *μηδὲν φέρηται – πλέον.*] Orest. 660. *Δεῖ γάρ σ', ἐμοῦ πράσσοντος ὡς πράσσω τανῦν, Πλέον φέρεσθαι.* Sic victores dicuntur *τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα φέρεσθαι.* Rhes. 162. *ἄξιον μισθὸν φέρεσθαι*, a quo *μισθὸν φέρειν* Eurip. Bacch. 257. quodam sensus discrimine distinguit Reisig. ad Oed. Col. p. XXVII. Anthol. Palat. V. 108. *καὶ ἐς εἴδεος ὥρην*

οὔκουν τόδ' αἰσχρόν. εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ἄπεστι, μὴ χρώμεσθ' ἔτι;
εἶεν· τί δῆτ' ἐρεῖ τις, ἤν τις αὖ φανῇ
στρατοῦ τ' ἄθροισις πολεμίων τ' ἀγωνία;
πότερα μαχούμεθ', ἢ φιλοψυχήσομεν, 315
τὸν κατθανόνθ' ὁρῶντες οὐ τιμώμενον;
καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μέν, καθ' ἡμέραν
κεἰ σμίκρ' ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι·
τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον
τὸν ἐμὸν ὁρᾶσθαι· διὰ μακροῦ γὰρ ἡ χάρις. 320
εἰ δ' οἰκτρὰ πάσχειν φῄς, τάδ' ἀντάκουέ μου·
εἰσὶν παρ' ἡμῖν οὐδὲν ἧσσον ἄθλιαι
γραῖαι γυναῖκες ἠδὲ πρέσβυται σέθεν,
νύμφαι τ' ἀρίστων νυμφίων τητώμεναι,
ὧν ἥδε κεύθει σώματ' Ἰδαία κόνις. 325
τόλμα τάδ'· ἡμεῖς δ', εἰ κακῶς νομίζομεν
τιμᾶν τὸν ἐσθλόν, ἀμαθίαν ὀφλήσομεν·

ritatem, quam quae librorum omnium testimonia elevare possit, in fragmento codicis Aug. c., quod exhibet Schaeferi annotatio ad Greg. p. 110, 62., recte servatum est οὐκ.

*Ἄκρα καὶ εἰς ψυχῆς ἦθος ἐνεγκαμένη.* Singulare illud Parrhasii Ep. I. 4. Anal. Br. II. p. 69. *Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.* [Cf. Boisson. ad Eunap. p. 567. Nos in Not. ad Anth. Pal. p. 431. F. I.]

v. 309. *ἡμῖν – ἄξιος τιμῆς*] Ita de nobis meritus est Achilles, ut dignus honore videatur. Xenoph. Memor. I. 2. 62. *ἐμοὶ μὲν δὴ Σωκράτης τοιοῦτος ὢν ἐδόκει τιμῆς ἄξιος εἶναι τῇ πόλει μᾶλλον ἢ θανάτου.* Ibid. §. 64. *ταῦτα δὲ πράττων πῶς οὐ μεγάλης ἄξιος ἦν τιμῆς τῇ πόλει.* Cf. Porson. ad. h. l.

v. 311. *βλέποντι*] viventi. Iph. T. 718. *ἐπεί σ' ἐγὼ θανόντα μᾶλλον ἢ βλέπονθ' ἕξω φίλον.* Troad. 628. *Οὐ ταὐτόν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν.* Cf. Soph. Aiac. 1067.

v. 319. *ἀξιοῦν*] hoc loco absolute positum honorandi significatione, ut apud Aesch. Agam. 876. *Τοιοῖσδε τοί νιν ἀξιῶ προσφθέγμασιν.* Eurip. Orest. 1210. *Καλοῖσιν ὑμεναίοισιν ἀξιουμένη.* His adde, quos Porsonus laudavit, Soph. Ai. 1114. *οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας*, et Nostri Heracl. 918.

v. 323. *ἠδὲ*] quod ut Ionicum aspernatos esse Tragicos opinabatur Valckenaerius ad Phoen. 1683., vindicavit Porsonus in Advers. p. 37. ed. Lips.

v. 326. Iungenda videntur *κακῶς τιμᾶν τὸν ἐσθλόν*, nisi si *κακῶς νομίζειν* hoc loco explicandum sit, in observando more parum diligentem esse. Alibi tamen significat malo more uti, ut in Androm. 693. *Οἴ μοι, καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται.* – *ἀμαθίαν ὀφλεῖν* in stultitiae crimen incidere. Sophocl. Antig. 470. *σχεδόν τι μωρῷ μωρίαν ὀφλισκάνω.* Noster Phoen. 770. *πα-*

οἱ βάρβαροι δὲ μήτε τοὺς φίλους φίλους
ἡγεῖσθε, μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας
θαυμάζεθ', ὡς ἂν ἡ μὲν Ἑλλὰς εὐτυχῇ, 330
ὑμεῖς δ' ἔχηθ' ὅμοια τοῖς βουλεύμασιν.

ΧΟΡΟΣ.

αἰαῖ· τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πεφυκέναι,
τολμᾶν θ' ἃ μὴ χρὴ τῇ βίᾳ νικώμενον.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ θύγατερ, οὑμοὶ μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα
φροῦδοι μάτην ῥιφθέντες ἀμφὶ σοῦ φόνου· 335
σὺ δ' εἴ τι μείζω δύναμιν ἢ μήτηρ ἔχεις,
σπούδαζε, πάσας ὥστ' ἀηδόνος στόμα
φθογγὰς ἱεῖσα, μὴ στερηθῆναι βίου.
πρόσπιπτε δ' οἰκτρῶς τοῦδ' Ὀδυσσέως γόνυ,

v. 332 seq. πεφυκέναι plerique codd. et edd., πέφυκ' ἀεὶ Stobaeus Vol. II. p. 392. idemque in schol. et pro v. l. est in Flor. 6. 10. 21. Gu. – τολμᾷ codd. et edd. omnes. Denique pro νικώμενον Stobaeus et Flor. A. 10. κρατούμενον. Expositis librorum lectionibus dicam de Criticis. Ac Brunckius, si quis probet πεφυκέναι, deinceps τολμᾶν scribendum coniecit, ipse tamen edidit πέφυκ' ἀεὶ et τολμᾷ. Idem recepit Hermannus, laudatus ob eam rem a Reisigio Coni. I. p. 46. Matthiaeus, qui et ipse ediderat olim πέφυκ' ἀεί, in commentariis criticis defendit πεφυκέναι, quod non video quomodo cum τολμᾷ conciliari possit, nisi si scripseris, quod est in Flor. 18. et marg. 9. νικώμενος. Nam quod ipse conflatam dictionem putat ex duabus loquutionibus τὸ δοῦλον ὡς κακόν, et δοῦλον πεφυκέναι ὡς κακόν ἐστι, verbis illud quidem speciosum est, reapse vanum. Nam mihi quidem constat, confusionem illam duarum loquutionum, in qua tantopere se iactant nonnulli, ut nonnunquam admittenda sit, magis tamen in libris Grammaticorum

τὴρ δ' ἐς αὐτὸν ἀμαθίαν ὀφλισκάνει.

v. 328. οἱ βάρβαροι δὲ] i. e. ὑμεῖς δὲ οἱ βάρβαροι. Conf. Matth. Gr. §. 431. 2.

v. 332. Construe: ὡς κακόν (ἐστι) τὸ δοῦλον πεφυκέναι. – τολμᾶν, perferre, tolerare. Cf. ad Med. 590. supra 326. 1223. Soph. Oed. Col. 184. τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξένης, Ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις Τέτροφεν ἄφιλον, ἀποστυγεῖν καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι. Adde Iacobs ad Athen. p. 309.

v. 334 seq. πρὸς αἰθέρα φροῦδοι] in ventos nebulasque cesserunt, irriti fuerunt. Suppl. 1155. λόγων δὲ παρακέλευσμα σῶν ἀέρι φερόμενον οἴχεται. Troad. 418. Ἀργεῖ' ὀνείδη καὶ Φρυγῶν ἐπαινέσεις Ἀνέμοις φέρεσθαι παραδίδωμι. Anthol. Palat. V. 133. ὅρκους δ' εἰς ἀνέμους τίθεμαι. – μάτην ῥιφθέντες. Med. 1404. μάτην ἔπος ἔρριπται.

v. 337. πάσας φθογγὰς ἱεῖσα,] Dicitur hoc de iis, quorum omnes in partes se vertit oratio, ut aut assequantur quod velint, aut, si quid imminet molesti, id ne

καὶ πεῖθ'. ἔχεις δὲ πρόφασιν· ἔστι γὰρ τέκνα 340
καὶ τῇδε, τὴν σὴν ὥστ' ἐποικτεῖραι τύχην.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ὁρῶ σ', Ὀδυσσεῦ, δεξιὰν ὑφ' εἵματος
κρύπτοντα χεῖρα καὶ πρόσωπον ἔμπαλιν
στρέφοντα, μή σου προσθίγω γενειάδος.
θάρσει· πέφευγας τὸν ἐμὸν Ἱκέσιον Δία· 345
ὡς ἕψομαί γε τοῦ τ' ἀναγκαίου χάριν
θανεῖν τε χρῄζουσ'· εἰ δὲ μὴ βουλήσομαι,
κακὴ φανοῦμαι καὶ φιλόψυχος γυνή.
τί γάρ με δεῖ ζῆν; ἧ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ
Φρυγῶν ἁπάντων· τοῦτό μοι πρῶτον βίου· 350
ἔπειτ' ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο,
βασιλεῦσι νύμφη, ζῆλον οὐ σμικρὸν γάμων

quam in sermone Graecorum celebrari. Ego quanquam coniecturam Brunckii, a Porsono probatam, in textu reliquerim, tamen multum vereor, ne doctius quid et exquisitius in illa scripturae varietate lateat, crediderimque Euripidem dedisse: *τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ' ἀεί, Τολμᾶν θ' ἃ μὴ χρὴ τῇ βίᾳ νικώμενον.* Fefellit librarios duplex verbi *πεφυκέναι* structura, a quo pendet non solum *κακόν*, sed etiam infinitivus *τολμᾶν*. Eadem videtur ratio esse loci Sophoclei Antig. 61—64., ubi versum excidisse suspicatur Hermannus.

v. 335. Vulgo *ῥιφέντες.* Conf. Valcken. ad Phoen. 979.

v. 337. Matthiaeus ex Flor. 10. *ἀφεῖσα*: scilicet, quod primam verbi *ἰέναι* syllabam necessario produci existimaret auctore Brunckio ad Aristoph. Lysistr. 157. Est vero anceps; et correxit errorem in Gr. Gr. §. 20. p. 72.

subeant. Exempla huius formulae collegit Wyttenbachius ad Eunap. p. 198 seq. [*ἀηδόνος στόμα* de flebili voce eaque multiplici ratione variata usurpatur. Vid. Spanhem. ad Callim. H. in Pall. 94. p. 689. F. I.]

v. 339. *πρόςπιπτε – γόνυ*] Infra v. 737. *πότερα προςπέσω γόνυ Ἀγαμέμνονος τοῦδε;* Androm. 537. *τί με προςπίπτεις;* Suppl. 10. *ἱκτῆρι θαλλῷ προςπεσοῦσ' ἐμὸν γόνυ.*

v. 340. *πρόφασιν*] *αἰτίαν, ἀφορμὴν τοῦ πείθειν.* Schol. Andocides c. Alcib. §. 17. *προφάσεις ἀληθεῖς.* Xenoph. de re equestri VIII. 16. *μικρὰ πρόφασις ἀρκέσει κεῖσθαι καὶ αὐτὸν καὶ τὸν ἵππον.* Obtestatio per liberos, tanquam carissima pignora, satis frequens. Cf. Soph. Ai. 587. Eurip. Alc. 276. Lysias adv. Diogit. §. 13. Sallust. Catil. 35. Cic. pro Cael. 32.

v. 344. *μή σου προσθίγω γενειάδος*] i. e. *μή σε ἱκετεύσω.* Vid. ad v. 286.

v. 352. *ζῆλον – ἀφίξομαι*] felicem invidendumque nuptiis redditura virum, cui deducta essem,

ἔχουσ', ὅτου δῶμ' ἑστίαν τ' ἀφίξομαι·
δέσποινα δ' ἡ δύστηνος Ἰδαίαισιν ἦν
γυναιξί, παρθένοις ἀπόβλεπτος μέτα, 355
ἴση θεοῖσι πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον·
νῦν δ' εἰμὶ δούλη. πρῶτα μέν με τοὔνομα
θανεῖν ἐρᾶν τίθησιν οὐκ εἰωθὸς ὄν·
ἔπειτ' ἴσως ἂν δεσποτῶν ὠμῶν φρένας
τύχοιμ' ἄν, ὅςτις ἀργύρου μ' ὠνήσεται, 360
τὴν Ἕκτορός τε χἀτέρων πολλῶν κάσιν,
προςθεὶς δ' ἀνάγκην σιτοποιὸν ἐν δόμοις,
σαίρειν τε δῶμα κερκίσιν τ' ἐφεστάναι
λυπρὰν ἄγουσαν ἡμέραν μ' ἀναγκάσει·
λέχη δὲ τἀμὰ δοῦλος ὠνητός ποθεν 365
χρανεῖ, τυράννων πρόσθεν ἠξιωμένα.

v. 355. *παρθένοις τ'* Kingii et Porsoni codd. Valck. ad Phoen. 554.
v. 356. Aldus *θεῇσι.*

v. 355. *ἀπόβλεπτος*] conspicua. Lucian. Somn. §. 11. *ὑπὸ τῶν γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων ἀποβλεπόμενος.* Nigrin. §. 13. *αὐτὸς μὲν ᾤετο ζηλωτὸς εἶναι πᾶσι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ὡς ἂν εὐδαίμων ἀποβλέπεσθαι.* Similiter conspectus, conspici Latini. Vid. Gronov. et Drakenb. ad Liv. IV. 13, 3.

v. 358. „Rarissima participii substantivi cum alio participio coniunctio. Exemplum tamen occurrit apud Homerum Il. τ. 80. *ἐπιστάμενόν περ ἐόντα*, aliud apud Aristoph. Ran. 733. *Οὔτε γὰρ τούτοισιν οὖσιν οὐ κεκιβδηλευμένοις.* Adde Aristot. *Φυσ. Ἀκροάσ.* III. 13. Frequens est apud recentiores.“ *Porson.* Conf. Matth. Gr. §. 359.

v. 359. *δεσποτῶν - ὅςτις*] De hac singularis cum plurali constructione dixi ad Med. 220.

v. 362. *ἀνάγκην σιτοποιόν*] i. e. *ἀνάγκην τοῦ σιτοποιεῖν.* Servile officium et hoc et quae deinceps commemorantur. Cf. Androm. 166. Troad. 491 seqq.

v. 366. *χρανεῖ*] Hipp. 1266. *τὸν τἄμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη.*

v. 370. „*τὶς* eodem modo collocatur in Aeschyl. Prom. 21. *Ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν Ὄψει.* Soph. Trach. 3. *οὔτ' εἰ χρηστός, οὔτ' εἴ τῳ κακός.* Vide infra 1169. (1179.)“ *Porson.* Sic etiam Soph. Antig. 257. *σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν Ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.* Praeterea haud abs re fuerit discrimen vocabulorum *ἐλπίς* et *δόξα* animadvertere, quorum illud de spe non temere nec sine certa quadam ratione concepta, hoc de opinione dicitur, quae sua sponte se in animum insinuat, etsi causa idonea non adsit.

v. 372. *σὺ δ'*] In huiusmodi conversionibus orationis legitimus est tertius locus particulae *δέ.* Infra 1287. *Ἑκάβη, σὺ δ', ὦ τάλαινα, διπτύχους νεκροὺς Στείχουσα θάπτε.* Cf. Or. 1071. El. 122. Pors. et Schaef. ad Or. 614.

v. 373. *λέγουσα μηδὲ δρῶσα*] Negativa particula ad prius par-

οὐ δῆτ'· ἀφίημ' ὀμμάτων ἐλεύθερον
φέγγος τόδ', Ἅιδῃ προστιθεῖσ' ἐμὸν δέμας.
ἄγ' οὖν μ', Ὀδυσσεῦ, καὶ διέργασαί μ' ἄγων·
οὔτ' ἐλπίδος γὰρ οὔτε του δόξης ὁρῶ        370
θάρσος παρ' ἡμῖν, ὥς ποτ' εὖ πρᾶξαί με χρή.
μῆτερ, σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ
λέγουσα μηδὲ δρῶσα· συμβούλου δέ μοι
θανεῖν, πρὶν αἰσχρῶν μὴ κατ' ἀξίαν τυχεῖν.
ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν        375
φέρει μέν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ·
θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος
ἢ ζῶν· τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος.

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς

v. 373. „μῆτε Brunck. Pors. Herm. quod dubito an codex ullus habeat." Matthiae. Probat tamen Schaeferus ad L. Bos. p. 777. et Elmsleius ad Sophoclis Oed. T. 817.

ticipium subauditur; quemadmodum apud Herodotum I. 215. σιδήρῳ δὲ οὐδ' ἀργύρῳ χρῶνται οὐδέν. Noster Troad. 477. οὓς Τρῳὰς οὐδ' Ἑλληνὶς οὐδὲ βάρβαρος Γυνὴ τεκοῦσα κομπάσειεν ἄν ποτε. V. Schaeferum l. c. Dictis factisque omnis continetur actio: illis igitur quem abstinere iubemus, eum prorsus nihil agere volumus: id quod facit hoc loco Polyxena, cui si obtemperavit mater, omnino quiescere debuit. Contra omnis est illi ratio agendi praescripta, cui, quid dicendum faciendumve sit, declaraveris. Incertus, quid ageret, Oedipus Creontem Delphos misit, ὡς πύθοιθ' ὅ τι Δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν, Soph. Oed. T. 71. Similiter Inachus apud Aeschylum Prom. 659. Θεοπρόπους ἴαλλεν, ὡς μάθοι τί χρὴ Δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσιν πράσσειν φίλα. Philostr. V. A. VI. 19. p. 257. ἦν γάρ που νεὼς μὲν αὐτοῖς ἐξοικοδομῆσαι καὶ βωμοὺς ὁρίζειν καὶ ἃ χρὴν θύειν καὶ ἃ μὴ χρή, καὶ ὁπηνίκα καὶ ἐφ' ὅσον καὶ ὅ τι λέγοντας ἢ δρῶντας. Plutarch. V. Thes. c. 6. τῶν αὐτὸν ἑωρακότων καὶ πράττοντι καὶ λέγοντι προστετυχηκότων. Cf. Xenophont. Oecon. III. 3. Aelian. V. H. X. 11.

v. 373 seq. συμβούλου δέ μοι θανεῖν] mecum mihi mortem exopta.

v. 377. μᾶλλον εὐτυχέστερος] Particula comparativa in utraque lingua saepe abundat. Noster Hipp. 485. μᾶλλον ἀλγίων κλύειν. Soph. Antig. 1210. μᾶλλον ἆσσον. Cf. Matth. Gr. §. 458. Boissonad. ad h. l. et ad Aristaen. p. 430 ss. Stallbaum. ad Platon. T. XI. p. 71. hui. Bibl.

v. 379. Nobilitatis vim, de qua plura infra v. 592 ss., ex eo maxime agnoscit chorus, quod illa vel in virgine apparebat. Id autem, quo se prodit generosa stirps atque indoles, traducto a nummis, quorum ex nota impressa probitatem cognoscimus, vocabulo χαρακτὴρ dicitur. Saepius hac similitudine utitur Euripides: cf. inprimis Med. v. 516 sq. El. 558 s. 572. Ex epi-

ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται 380
τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις.

ΕΚΑΒΗ.

καλῶς μὲν εἶπας, θύγατερ· ἀλλὰ τῷ καλῷ
λύπη πρόσεστιν. εἰ δὲ δεῖ τῷ Πηλέως
χάριν γενέσθαι παιδί, καὶ ψόγον φυγεῖν
ὑμᾶς, Ὀδυσσεῦ, τήνδε μὲν μὴ κτείνετε, 385
ἡμᾶς δ' ἄγοντες πρὸς πυρὰν Ἀχιλλέως
κεντεῖτε, μὴ φείδεσθ'· ἐγὼ 'τεκον Πάριν,
ὃς παῖδα Θέτιδος ὤλεσεν τόξοις βαλών.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐ σ', ὦ γεραιά, κατθανεῖν Ἀχιλλέως
φάντασμ' Ἀχαιούς, ἀλλὰ τήνδ', ᾐτήσατο. 390

ΕΚΑΒΗ.

ὑμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε,
καὶ δὶς τόσον πῶμ' αἵματος γενήσεται
γαίᾳ νεκρῷ τε τῷ τάδ' ἐξαιτουμένῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἅλις κόρης σῆς θάνατος· οὐ προσοιστέος
ἄλλος πρὸς ἄλλῳ· μηδὲ τόνδ' ὠφείλομεν. 395

thetis quam sit accommodate ad comparationem positum ἐπίσημος, me tacente intelligitur. Δεινὸν autem vocatur quicquid ἔκπληξιν παρέχει, ut aut metum excitet aut admirationem propter vim quandam eximiam aut virtutem.

v. 380. ἐσθλοί, nobiles atque ingenui, ut infra v. 597. Soph. Antig. 38. εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή. [Alcm. Fr. 8. ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα, vetus dictum. Vid. Welcker Prolegg. in Theogn. p. LIII. ss. F. I.]

Ib. κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται] „progrediturque clari generis splendor iis quidem, qui se dignos eo praebent, ad maiora et ultra nominis iactantiaeque vanitatem.“ Dictio eadem, sed sensu magis proprio, apud Soph. Philoct. 258. ἡ δ' ἐμὴ νόσος Ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται.

v. 387. Noster Herc. F. 319. Ἰδοὺ πάρεστιν. ἥδε φασγάνῳ δέρη Κεντεῖν, φονεύειν, ἱέναι πέτρας ἄπο. De morte Achillis cf. Heyn. ad Il. χ. 359.

v. 391. De coniunctis particulis δὲ ἀλλὰ dictum est ad Medeam v. 942.

v. 392. Troad. 381. οὐδὲ πρὸς τάφους Ἔσθ' ὅστις αὐτοῖς αἷμα γῇ δωρήσεται.

v. 397. οἶδα cum nominativo participii, ut Soph. Antig. 89. ἀλλ' οἶδ' ἀρέσκουσ' οἷς μάλισθ' ἁδεῖν με χρή· Oed. Col. 797. ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι. V. Hermann. ad Vig. p. 771. Matth. Gr. §. 548. 2.

v. 398. Inanem, ut videtur, alterius particularum comparativarum abundantiam alia ratione Reiskius, alia Porsonus re-

ΕΚΑΒΗ.
πολλή γ' ἀνάγκη θυγατρὶ συνθανεῖν ἐμέ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
πῶς; οὐ γὰρ οἶδα δεσπότας κεκτημένος.

ΕΚΑΒΗ.
ὁποῖα κισσὸς δρυὸς ὅπως τῆσδ' ἕξομαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
οὔκ, ἤν γε πείθῃ τοῖσι σοῦ σοφωτέροις.

ΕΚΑΒΗ.
ὡς τῆσδ' ἑκοῦσα παιδὸς οὐ μεθήσομαι. 400

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μὴν τήνδ' ἄπειμ' αὐτοῦ λιπών.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.
μῆτερ, πιθοῦ μοι· καὶ σύ, παῖ Λαερτίου,
χάλα τοκεῦσιν εἰκότως θυμουμένοις,
σύ τ', ὦ τάλαινα, τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου.
βούλει πεσεῖν πρὸς οὖδας, ἑλκῶσαί τε σὸν 405
γέροντα χρῶτα πρὸς βίαν ὠθουμένη,
ἀσχημονῆσαί τ' ἐκ νέου βραχίονος
σπασθεῖσ'; ἃ πείσει· μὴ σύ γ'· οὐ γὰρ ἄξιον.

v. 396. Non necessarium videtur, quod coniecit Hermannus ad Soph. Trach. 294. πολλή 'στ' ἀνάγκη.

movere studuerunt: quorum ille ὁποῖα in ὅμοια mutatum voluit: quod haud scio an probet Blomfieldius ad Aesch. Agam. 1282.; Porsonus ὅπως cum verbo ἕξομαι coniungendum existimat et affert exempla huius constructionis paullo rarioris: quibus adde Or. 1060. Veram interpretationem demonstravit Seidler. ad Troad. 147. qui locus nostro simillimus: μάτηρ δ' ὥς τις πτανοῖς κλαγγὰν Ὄρνισιν ὅπως ἐξάρξω 'γὼ Μολπάν. In utroque loco duplex est comparatio, ὁποῖα κισσὸς - δρυὸς ὅπως, ὡς μάτηρ - ὄρνισιν ὅπως. Probaverunt Hermannus (de ell. et pleon. p. 201. Opusc. T. 1. p. 220.) et Matthiaeus. Ceterum ex hoc loco et Med. 1213. profecit auctor Christi Patientis v. 1308. προσειχόμην ὡς κισσὸς ἔρνεσι δρυός.

v. 399. Plato Phaedon. p. 89. B. οὔκ, ἄν γε ἐμοὶ πείθῃ. Iphig. A. 519. οὔκ, ἢν θάνῃ γε πρόσθε. Cf. Reisig. Coniect. I. p. 204.

v. 400. ὡς οὐ μεθήσομαι.] Supple ἴσθι. Med. 596. ὡς οὐ κρινοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα, ubi v. Elmsleium.

v. 403. χάλα] intransitive. Ion. 637. εἴκειν ὁδοῦ χαλῶντα τοῖς κακίοσιν. Orest. 698. εἰ δ' ἡσύχως τις αὐτὸς ἐντείνοντι μὲν Χαλῶν ὑπείκοι. V. Iacobs. Animadvv. p. 5.

v. 408. ἃ πείσει] V. Matth. Gr. §. 477. d. – μὴ σύ γ'. Formula blande precantium, supplenda plerumque ex nexu locorum, quibus ponitur. Pleuc

ἀλλ', ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἡδίστην χέρα
δὸς καὶ παρειὰν προσβαλεῖν παρῇδι· 410
ὡς οὔποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον
ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψομαι.
τέλος δέχει δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων.
ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσ', ἄπειμι δὴ κάτω.

*ΕΚΑΒΗ.*

ὦ θύγατερ, ἡμεῖς δ' ἐν φάει δουλεύσομεν. 415

*ΠΟΛΥΞΕΝΗ.*

ἄνυμφος, ἀνυμέναιος, ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν.

*ΕΚΑΒΗ.*

οἰκτρὰ σύ, τέκνον, ἀθλία δ' ἐγὼ γυνή.

*ΠΟΛΥΞΕΝΗ.*

ἐκεῖ δ' ἐν ᾅδου κείσομαι χωρὶς σέθεν.

*ΕΚΑΒΗ.*

οἴμοι τί δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον;

*ΠΟΛΥΞΕΝΗ.*

δούλη θανοῦμαι, πατρὸς οὖσ' ἐλευθέρου. 420

v. 413. Aldus et edd. vett. *δέχου.* Sed longe maxima codicum pars *δέχῃ* vel, quae hinc depravata facile videas, *δ' ἔχῃ, τ' ἔχει, δ' ἔχει.*

v. 421. Veram huius versus scripturam ex Eustath. ad Il. ζ. p. 639. 57., quocum consentiunt Flor. 2. 10. Vict. apud Mat-

Euripides Med. 1056. *Μὴ δῆτα, θυμέ, μὴ σύγ' ἐργάσῃ τάδε.* Ion. 1334. I. *Καθαρὸς ἅπας τοι, πολεμίους ὅς ἂν κτάνῃ. Π. μὴ σύγε· παρ' ἡμῶν δ' ἔκλαβ' οὓς ἔχω λόγους.* Conf. Phoen. 535. ibiq. Valck. Iph. A. 1460. Ion. 439. Plat. de rep. I. p. 345. al.

v. 416. *ὧν*] scil. *ὑμεναίων*, quod ex adiectivo *ἀνυμέναιος* repetendum. Vide ad v. 23.

v. 419. *ποῖ τελευτήσω βίον;*] Troad. 1029. *ἵν' εἰδῇς, οἷ τελευτήσω λόγον.* Plato Symp. p. 181. E. *τὸ γὰρ τῶν παίδων τέλος ἄδηλον οἷ τελευτᾷ κακίας καὶ ἀρετῆς ψυχῆς τε πέρι καὶ σώματος.* Aesch. Pers. 741. *πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾶν;* ubi cf. Blomf. in Addendis. Hinc probabilis in Aesch. Choeph. 1007. lectio Blomfiel-

dii, *ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῇς, τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅποι τελεῖ.* Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 43.

v. 421. Noster Med. 1395. *Στείχω, δισσῶν γ' ἄμορος τέκνων.* De numero Priami filiorum vid. Hom. Il. ω. 496. coll. ζ. 243. Athen. XIII. p. 556. B. Virg. Aen. II. 503.

v. 423. *ἄγγελλε – ἀθλιωτάτην ἐμέ.*] scil. *οὖσαν.* Sic infra v. 591. *ἀγγελθεῖσά μοι γενναῖος.* Admonuit Matthiae. Gr. §. 534. not. 1.

v. 425. Marklandi coniecturam (ad Iph. T. 1490.) *ἀθλία* contra libros intulerat Porsonus, quum vulgo scriptum esset *ἀθλίας*, quod iure vindicavit Hermannus. Nam quod valde invenustum duplex epitheton videbatur doctis Anglis, ea de re

ΕΚΑΒΗ.
ἡμεῖς δὲ πεντήκοντά γ' ἄμμοροι τέκνων.
ΠΟΛΥΞΕΝΗ.
τί σοι πρὸς Ἕκτορ' ἢ γέροντ' εἴπω πόσιν;
ΕΚΑΒΗ.
ἄγγελλε πασῶν ἀθλιωτάτην ἐμέ.
ΠΟΛΥΞΕΝΗ.
ὦ στέρνα, μαστοί θ', οἵ μ' ἐθρέψαθ' ἡδέως.
ΕΚΑΒΗ.
ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας τύχης. 425
ΠΟΛΥΞΕΝΗ.
χαῖρ', ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κασάνδρα τέ μοι
ΕΚΑΒΗ.
χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε.
ΠΟΛΥΞΕΝΗ.
ὅ τ' ἐν φιλίπποις Θρῃξὶ Πολύδωρος κάσις.
ΕΚΑΒΗ.
εἰ ζῇ γ'· ἀπιστῶ δ'· ὧδε πάντα δυστυχῶ.

thiaeum, restituit Porsonus. Aldus ἡμεῖς δὲ πεντήκοντ' ἄμοιροι δὴ τέκνων, cuiusmodi versum procudisse Euripidem non erat credibile.
v. 426. Codd. τ' ἐμοί. Ald. τ' ἐμή.
v. 427. τόδε scil. τὸ χαίρειν. Cf. Or. 1083. Vulgo χαρά.
v. 428. Ante Hermannum legebatur Θρᾳξί. Cf. v. 1267.

aliter iudicaverunt, quos optimos elegantiae arbitros auctoresque dicas, poetae veteres. Hipp. 668. τάλανες ὦ κακοτυχεῖς γυναικῶν πότμοι. 1272. εὐάχητόν θ' ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον. Aesch. S. c. Th. 862. ἐρατῶν ἐκ βαθυκόλπων στηθέων. Soph. Trach. 770. φοινίας ἐχθρᾶς ἐχίδνης. Pind. Olymp. XIII. 85. αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλπων ἐρήμου. Sed hoc genus infinitum est, neque attinet plura commemorare. Cf. Reisig. Comment. crit. ad Oed. Col. p. 335.

v. 427. Simpliciter negat in se convenire illud χαῖρε, quo laeta omnia discedentes amicis precantur, neque quum alios laetari dicit, aut Graecos morte Polyxenae laetos, ut arbitratur Hermannus, aut omnino certos quosdam homines respicit, sed quicunque minus iniqua fortuna utuntur. Hoc igitur dicit: Illud χαῖρε aliis acclamari oportebat, qui essent a gaudio haud alieni, non mihi, quae misera sum. Similia dicta Tragicorum collegit Valckenaerius ad illa ex Phoen. 621. Π. ἀλλὰ χαῖρέ μοι σύ, μῆτερ. Ἰοκ. χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον.

v. 428. Sophocles Tereo ap. Schol. Ven. Il. ο. 705. Ἧλις, φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέλας, ex emendatione Blomfieldii gloss. ad Aesch. Sept. 386. cf. infra 1089.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ζῇ καὶ θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν. 430

ΕΚΑΒΗ.

τέθνηκ᾽ ἔγωγε πρὶν θανεῖν κακῶν ὕπο.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

κόμιζ᾽, Ὀδυσσεῦ, μ᾽ ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις·
ὡς πρὶν σφαγῆναί γ᾽ ἐκτέτηκα καρδίαν
θρήνοισι μητρός, τήνδε τ᾽ ἐκτήκω γόοις.
ὦ φῶς· προςειπεῖν γὰρ σὸν ὄνομ᾽ ἔξεστί μοι, 435

v. 435. *ὄνομ᾽*. Iacobsius et Wakef. coni. *ὄμμ᾽*, eleganter et assentiente Hermanno; displicuit tamen Porsono ad Orest. 1080. Sophocles Antig. 879. *οὐκέτι μοι τόδε λαμπάδος ἱερὸν ὄμμα θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ.* Sed vide annotationem.

v. 431. Hunc locum expressit Plutarchus consol. ad Apollon. p. 107. A. *εἰ γὰρ προῄδειμεν (τὴν τοῦ θανάτου προθεσμίαν), κἂν προεξετήκοντό τινες ταῖς λύπαις καὶ πρὶν ἀποθανεῖν ἐτεθνήκεισαν.*

v. 435. Nihil offensionis habet formula *προςειπεῖν ὄνομά τινος*, non comparanda illa cum eo, quod dicitur *προςειπεῖν* vel *ὀνομάζειν τινὰ ὄνομα*: de quo alibi explicandi erit locus. Prius et de eo recte dicas, qui aliquem nomine compellat, et vero multo magis de eo, qui id ita faciat, ut ad eum praeter nomen nihil quidquam pertineat. Polyxena quidem eo iam redacta erat, ut lucis ipsius expers haberi posset, nomine tenus adhuc frueretur. — *Μέτεστί δ᾽ οὐδέν*, scil *σου*.

v. 436. Brevissimum tempus, ut opinor, significare voluit, quo vitale lumen adhuc adspectura esset Polyxena. Ecquod autem brevius erat, quam dum inter sacrificii apparatum hinc gladium, quo transfigeretur, ex altera parte tumulum Achillis cerneret? *Βαίνω* autem i. q. *βέβηκα*, adsto. Nam quod vulgo de gladio Ulixis intelligunt, recte hoc improbavit Boissonadius, qui aliam eamque satis acutam excogitavit interpretationem. Iungit enim *ξίφους καὶ πυρᾶς* „et haec duo simul esse viae terminum" putat. Reticuit igitur poeta eum locum, a quo processit Polyxena: quomodo Sophocles loco a Matthiaeo laudato, Oed. Col. 291. *τὰ δὲ μεταξὺ τούτου μηδαμῶς γίγνου κακὸς* dixit, pro *μεταξὺ τοῦδε τοῦ χρόνου καὶ τοῦ παρεῖναι τὸν ἡγεμόνα.*

v. 441. *ὡς* — *ἴδοιμι*] Potuerunt haec verba in eum sensum accipi, quo accepit Matthiaeus: quam vellem conspicere Helenam liceret, scilicet ut ulciscerer eam; vel, quod eodem redit, utinam Helenam conspiciam, modo memineris optandi vim in solo optativo inesse, *ὡς* exclamationi inservire. Sed Graecorum consuetudo aliam magis commendat rationem, qua *ὡς* pro relativo accipitur. Idque iam Wakefieldio placuerat, cui quod obiecit Matthiaeus, ipse, credo, vir doctissimus iam non probat. „Quasi Hecuba, inquit, Helenam eodem modo, quo ipsa pereat, dolore ob immolandam filiam, pereuntem videre optet." At illa *ὡς* — *Ἑλένην ἴδοιμι* nihil aliud significant, nisi hoc: *ὅπερ παθοῦσαν* (sc. *τὸ ἀπολέσθαι*) *Ἑλένην ἴδοιμι.*

*μέτεστι δ' οὐδὲν πλὴν ὅσον χρόνον ξίφους*
*βαίνω μεταξὺ καὶ πυρᾶς Ἀχιλλέως.*

*ΕΚΑΒΗ.*

*οἲ 'γώ· προλείπω· λύεται δέ μου μέλη.*
*ὦ θύγατερ, ἅψαι μητρός, ἔκτεινον χέρα,*
*δός· μὴ λίπῃς μ' ἄπαιδ'. ἀπωλόμην, φίλαι.* **440**
*ὡς τὴν Λάκαιναν ξύγγονον Διοσκόροιν*
*Ἑλένην ἴδοιμι· διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων*
*αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.*

v. **441.** Legebatur ὧς, rarissimum illud apud Atticos (v. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 44.), quanquam pluribus olim quam hodie locis scriptum erat, ubi nunc rectius ὡς posuerunt, ut Hippol. **1054.** Bacch. **1068.** Cf. Matth. Gr. §. 628. 3.

v. **444** ss. Metrum chori est Glyconeum: plurimi autem versus ex eo genere, quod explicuit Herm. Elem. p. 556., nisi quod adiecta est plerumque thesis monosyllaba in fine. De vv. **449. 469. 470. 479.** videndus idem p. 569. Denique vv. **454. 465.** sunt Phalaecei hendecasyllabi, vid. p. **562** seq.

*στρ. α'.*

×̲ – –́ ⏑⏑ – –
×̲ ⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏒
⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – –
×̲ ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑
– –́ ⏒ –́ ⏑ –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓
×̲ ⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – –

*στρ. β'.*

– –́ ⏑⏑ – ⏑ –
– –́ ⏑⏑ –
⏑ –́ ×̲ – –́ ⏑⏑ – ⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
⏒ –́ ⏒ –́ ⏑ –
×̲ – –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
– ×̲ ⏒ –́ ⏑⏑ –
×̲ – –́ ⏑⏑ –
×̲ – ×̲ – –́ ⏑⏑ –

## ΧΟΡΟΣ.

(στρ. α'.)

αὔρα, ποντιὰς αὔρα,
ἅτε ποντοπόρους κομίζεις 445
θοὰς ἀκάτους ἐπ' οἶδμα λίμνας,
ποῖ με τὰν μελέαν πορεύσεις;
τῷ δουλόσυνος πρὸς οἶκον
κτηθεῖσ' ἀφίξομαι;
ἢ Δωρίδος ὅρμον αἴας, 450
ἢ Φθιάδος, ἔνθα καλλί-
στων ὑδάτων πατέρα
φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν;

v. 451. Vulgo τὸν καλλίστων ὑ. π. Articulum delevit Pors. Vid. ad v. 462.

v. 454. γύας. Vulgo πεδία. Sed Baroc. 74. et Ms. Reg. Soc. K. τὰς γυίας: rectius γύας, quomodo scriptam vocem dudum pro-

v. 444 ss. Chorus futuras secum miserias reputans, et quem cuique dominum locumque servitii sors datura sit anquirens, postremo flebiles de Troiae excidio lamentationes fundit. Cf. prooem. p. 4. – v. 447. Λίμνη, quod proprie lacum significat, praeeunte Homero, Tragici quoque de mari dixerunt, quorum locos collegit Valck. ad Hipp. 141. – v. 450. Δωρίδα αἶαν, Peloponnesum, quam μεγάλαν Δωρίδα νᾶσον vocat Soph. Oed. Col. 696. De Peloponneso loquens Strabo VIII. p. 333. extr. σχεδὸν δ' ἔτι καὶ νῦν, inquit, κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. Idem de Apidano, Thessaliae fluvio, L. IX. p. 432. ὁ δ' Ἐνιπεὺς ἀπὸ τῆς Ὄθρυος παρὰ Φάρσαλον ῥυεὶς εἰς τὸν Ἀπιδανὸν καταβάλλει, ὁ δ' εἰς τὸν Πηνειόν. Eurip. Iph. A. 713. Ἀπιδανὸν ἀμφὶ ποταμὸν ἐν Φθίας ὅροις. Cf. Herodot. VII. 196. Herbidas eius ripas laudant Propertius I. 3, 6. Ovid. Metam. VII. 228. Simillimae laudes Lydiae fl. apud Eurip. Bacch. 571.

v. 455–465. Delum insulam, natale Apollinis et Dianae solum, designat, ubi, si forte, ἱεροδούλων munere functura erat. Ordo et structura verborum talis est: ἢ (πορεύσεις με) ἁλιήρει κώπα πεμπομέναν τάλαιναν, οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις, νάσων ἔνθα etc. De genitivo νάσων, qui ab ἔνθα pendet, vid. Matth. Gr. §. 324. Frequens mentio palmae, ad quam Apollinem peperisse dicebatur Latona: v. Theogn. 5. (929. Welck.) Eurip. Iph. T. 1099. Ion. 919. cf. Spanh. ad Callim. Del. 210. Sacra arbor, qua gaudet proles Iovis et Latonae, ἄγαλμα ὠδῖνος δίας dicitur: nam ἄγαλμα est πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. Nicander apud Athen. II. p. 52. E. φηγοὶ Πανὸς ἄγαλμα. Cf.

(ἀντιστρ. α΄.)

ἢ νάσων, ἁλιήρει 455
κώπα πεμπομέναν τάλαιναν,
οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις,
ἔνθα πρωτόγονός τε φοῖνιξ
δάφνα θ' ἱεροὺς ἀνέσχε
πτόρθους Λατοῖ φίλα, 460
ὠδῖνος ἄγαλμα δίας;
σὺν Δηλιάσιν τε κούραις
Ἀρτέμιδός τε θεᾶς
χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ' εὐλογήσω; 465

(στρ. β΄)

ἢ Παλλάδος ἐν πόλει
τᾶς καλλιδίφρου

baverant Valcken. ad Phoen. 648. et Toupius in Suid. T. I. p. 191. Restituit, articulo deleto, Hermannus.

v. 462. Aldus et pars codd. κούραισιν: metro convenientius idemque a plnrimis codd. confirmatum κούραις.

v. 467. Porsonus καλλιδίφροι', quod genus elisionis vitiosum esse docuit Herm. ad Orph. p. 722.

Boeckh. Corp. Inscript. Vol. I. Fasc. I. p. 7. – v. 464. particula τε non suum locum tenet, qui erat post χρυσέαν: reiecta est autem post voc. Ἀρτέμιδος more haud infrequenti, quem illustravit Matthiaeus. De v. ἄμπυξ Schol. κυρίως κόσμος τις χρυσῷ καὶ λίθοις πεποικιλμένος, ὃν περὶ τὰς κεφαλὰς αἱ γυναῖκες φοροῦσιν. – Hactenus de verborum interpretatione: nunc videndum, quam poeta rationem sequutus sit in commemoratione locorum, ubi servitium se toleraturas Troianae mulieres augurantur. Ac Peloponnesi quidem et Phthiae propter Agamemnonem et Achillem vel potius Neoptolemum mentionem iniectam esse nemo non intelligit; cf. Schol. ad v. 447. 448. ed. Matth. Illud dubitari potest, num recte propter Agamemnonem Delum quoque commemoratam dicat Schol. ad v. 451., provocans ad notissimum Homeri versum, Il. β. 108, de quo confer Thucyd. I. 9. Nam qualecunque fuerit illud multarum insularum imperium, tamen Delum Mycenarum regi subiectam fuisse non credibile est. Morem scenae Atticae praesertim Euripidis qui cognoverit non dubitabit, quin civibus suis hoc tribuerit poeta, a quibus post lustratam Ol. LXXXVIII. 3. Delum renovata erant sacra Deliaca ludique gymnici et musici. Conf. Thucyd. III. 104. Diod. Sic. XII. 58. Eo autem maiorem haec carminis pars gratiam habitura erat, si, quo tempore edita est Hecuba, recens eius rei memoria vigebat. Itaque si quis audacior in coniectando sit, colligere hinc possit, quando acta sit haec fabula. Quanquam non is ego sum, cui, deficientibus aliis indiciis, hinc certi quidquam concludi posse videatur. Illa enim

Ἀθαναίας ἐν κροκέῳ πέπλῳ
ζεύξομαι ἅρματι πώλους,
ἐν δαιδαλέαισι ποι- 470
κίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις,
ἢ Τιτάνων γενεάν,
τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ
κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας;
(ἀντιστρ. β'.)
ᾤ μοι τεκέων ἐμῶν, 475
ᾤ μοι πατέρων,
χθονός θ', ἃ καπνῷ κατερείπεται
τυφομένα, δορίληπτος
ὑπ' Ἀργείων· ἐγὼ δ'

v. 470. Hermannus δαιδάλοισι. Videtur tamen fieri posse, ut syllabae εαι in unam coalescant.

vel sic satis se commendasse civibus poetae patet. Similis est ratio eorum, quae inde a v. 466. scripsit de ornamentis pepli Minervae texendi, si forte Athenas captivae deducerentur. Spectant ea ad peplum Minervae Panathenaeorum festo deferri solitum, in quo potissimum res ab hac dea in certamine adversus Gigantas gestae, ipsa autem haud raro currui insidens (hinc v. 467. καλλίδιφρος, cf. Müller. de Phidia III. p. 79.) pingebatur. Cf. Iph. T. 222. Docte hunc morem post Meursium explicuerunt Boeckhius in libro de Tragicis Gr. p. 193 seq. et Creuzerus Symbol. T. II. p. 809 seqq.

v. 483. ἀλλάξασ' ἅδα θαλάμους.] „Sensus: quum pro connubio viri connubium Orci acceperim, i. e. non viro ulli nuptura, sed innupta ad inferos transitura. Morituram Ἅιδης νυμφεύει Iphig. A. 451. (461.) Soph. Ant. 654. μέθες τὴν παῖδ' ἐν ἅδου τήνδε νυμφεύειν τινί. Ib. 816. Antigone, Ἀχέροντι νυμφεύσω, inquit. Hinc νυμφεῖον Ἅιδου ib. 1205." Matthiae. Fallitur vir doctissimus, et frustra afferuntur ad confirmandam illam interpretationem tales loci, in quibus virgines iamiam morituras nec cuiquam e vivis nupturas Ἅιδης νυμφεύειν dicitur. cf. Iacobsii Animadv. in Eurip. p. 182. Etenim quid hoc ad mulieres, quae neque in ipso iam mortis discrimine versantur, neque expertes matrimonii fuerunt? cf. v. 475. 918. 937. Speciosius uti poterat Or. v. 1109. ἀλλ' οὐκέθ' Ἅιδην νυμφίον κεκτημένη, et El. 1144. νυμφεύσει δὲ κἀν Ἅιδου δόμοις, ᾯπερ ξυνηῦδες ἐν φάει. Priori loco sermo est de Helena, posteriori de Clytaemnestra. Sed non admodum acuti hominis est animadvertere, si locos inspiciat, quomodo differant a nostro. Multa moliuntur Scholiastae, e quibus forsitan alicui placeat ea ratio, ex qua intelligitur, ut verbis utur Virgilii, quae victoris heri tetigit captiva cubile, eoque pretio se a morte redemit. Quanquam non diffiteor aliquid

ἐν ξείνᾳ χθονὶ δὴ κέκλημαι 480
δούλα, λιποῦσ' Ἀσίαν
Εὐρώπας θεράπναν,
ἀλλάξασ' ᾅδα θαλάμους.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

ποῦ τὴν ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ἰλίου
Ἑκάβην ἂν ἐξεύροιμι, Τρῳάδες κόραι; 485

ΧΟΡΟΣ.

αὕτη πέλας σου, νῶτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονί,
Ταλθύβιε, κεῖται, ξυγκεκλεισμένη πέπλοις.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους ὁρᾶν;
ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην

me requirere ad θαλάμους, quo quam illa tristis ac dura captivis sit conditio hostibus nubendi indicetur. Quamobrem vide, ne iungenda sint ᾅδα θαλάμους, eo sensu, quo vulgo dicuntur ᾅδου δόμοι, totumque illud ἀλλάξασ' ᾅδα θαλάμους, assumpto ex prioribus hoc supplemento τοῦ δούλη κεκλῆσθαι, significet: quum mortem servitio mutaverim. Confer Sophocl. Antig. 944. ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς ἀλλάξαι δέμας; id est, tenebris mutare lucem coelestem. [Fortasse his verbis continetur comparatio loci iucundissimi cum tristissimo i. e. felicis olim conditionis, qua domi fuerant usae in θαλάμοις, cum ea, in quam nunc belli clade detrusae erant, quaeque ipsis sepulcro videbatur aequiparanda, sive omnino rei odiosae et abominandae, sicut in loquutione Homerica ἐχθρὸς ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι. F. I.]

v. 484. Troad. 506. Ἄγετε τὸν ἁβρὸν δή ποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα. 1277. ὦ μεγάλα δή ποτ' ἀμπνέουσ' ἐν βαρβάροις. Suppl. 1130. ἀντὶ σωμάτων εὐδοκίμων δή ποτ' ἐν Μυκήναις. Quibus locis omnibus eadem ratio partic. δὴ videtur, ac quum superlativis subiicitur; neque video, cur ap. Xenoph. Cyrop. III. 2. 26. magis πλεῖστον δήποτ' scribatur cum Schneidero (in Lex.), quam πλεῖστον δή ποτ'.

v. 486. νῶτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονί] Scilicet collapsam ad tantam malorum gravitatem excepisse Troianas mulieres ac supinam reclinasse cogitandum est.

v. 488. ὁρᾶν, animadvertere, sic ut aut puniat merentes aut remuneretur. Cf. Soph. Oed. C. 279. Matthiae. Misc. Philol. Vol. II. P. I. p. 9.

v. 489. Paullo durius, neque tamen sine exemplo, quod in altero sententiae membro subiectum mutavit, ut ad κεκτῆσθαι non σέ, sed ἀνθρώπους cogitatione repetendum sit. Deinde ex more tragici sermonis cumulantur similis verba significationis, ἄλλως, μάτην, ψευδῆ. cf. v. 626. Med. 1036. Hipp. 1367. Participium autem δοκοῦντας explicandis illis, τήνδε δόξαν, inservit. Sic apud Isocr. Phil. §. 89. οἶμαι δὲ τῶν μὲν ἄλλων εἴ τισι δόξειε περὶ τῆς στρατείας τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν συμβουλεύειν,

ψευδῆ, δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος, 490
τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;
οὐχ ἥδ' ἄνασσα τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν;
οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ;
καὶ νῦν πόλις μὲν πᾶσ' ἀνέστηκεν δορί,
αὐτὴ δὲ δούλη, γραῦς, ἄπαις, ἐπὶ χθονὶ 495
κεῖται κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα.
φεῦ φεῦ. γέρων μέν εἰμ'· ὅμως δέ μοι θανεῖν
εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.
ἀνίστασ', ὦ δύστηνε, καὶ μετάρσιον
πλευρὰν ἔπαιρε καὶ τὸ πάλλευκον κάρα. 500

ΕΚΑΒΗ.

ἔα· τίς οὗτος σῶμα τοὐμὸν οὐκ ἐᾷς
κεῖσθαι; τί κινεῖς μ', ὅστις εἶ, λυπουμένην;

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

Ταλθύβιος ἥκω, Δαναϊδῶν ὑπηρέτης,
Ἀγαμέμνονος πέμψαντος, ὦ γύναι, μέτα.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ φίλτατ', ἆρα κἄμ' ἐπισφάξαι τάφῳ 505
δοκοῦν Ἀχαιοῖς ἦλθες; ὡς φίλ' ἂν λέγοις.
σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν, ἡγοῦ μοι, γέρον.

ἐπὶ ταύτην ἂν ἐπιπεσεῖν τὴν παράκλησιν, λέγοντας etc. de antidosi §. 69. τούτου δ' ἕνεκα ταύτην ἐποιησάμην τὴν ὑπόθεσιν, ἡγούμενος ἐκ τοῦ παραινεῖν τήν τε διάνοιαν τὴν ἐκείνου μάλιστ' ὠφελήσειν καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ τάχιστα δηλώσειν. Cf. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 5. ad Theaet. §. 22.

v. 496. κεῖται] De Achille ereptae Briseidis luctu oppresso Hom. Il. β. 688. κεῖτο γὰρ ἐν νήεσσι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς Κούρης χωόμενος Βρισηΐδος ἠϋκόμοιο. Soph. Ai. 206. Eurip. Or. 36. Med. 24. Suppl. 22. Lugentium etiam illud, quod sequitur, κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα. Catull. LXIV. 224. Canitiem terra atque infuso pulvere foedans.

v. 497. Senex quidem sum, inquit, ut vel in extremis miseriis illud praesto sit solatium, propinquam esse mortem omnibus malis liberaturam; tamen tam gravis est Hecubae fortuna, ut mori cupiam, antequam similem malorum acerbitatem experiar.

v. 500. τίς οὗτος – οὐκ ἐᾷς] Apte Porsonus comparat Hom. Il. κ. 82. τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος; cf. Thiersch. Gr. p. 689.

v. 504. πέμψαντος,] Subaudi με, et mox μέτα, sc. σέ. De vi praepositionis huius vid. ad Med. 6.

v. 511. τί λέξεις;] Falluntur qui futurum pro praesente positum putant. Loquitur Hecuba sic, ut quae alia iis, quae iam

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

σὴν παῖδα κατθανοῦσαν ὡς θάψῃς, γύναι,
ἥκω μεταστείχων σε· πέμπουσιν δέ με
δισσοί τ' Ἀτρεῖδαι καὶ λεὼς Ἀχαϊκός. 510

ΕΚΑΒΗ.

οἴμοι, τί λέξεις; οὐκ ἄρ' ὡς θανουμένους
μετῆλθες ἡμᾶς, ἀλλὰ σημανῶν κακά;
ὄλωλας, ὦ παῖ, μητρὸς ἁρπασθεῖσ' ἄπο·
ἡμεῖς δ' ἄτεκνοι τοὐπί σ'· ὦ τάλαιν' ἐγώ.
πῶς καί νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι; 515
ἢ πρὸς τὸ δεινὸν ἤλθεθ', ὡς ἐχθράν, γέρον,
κτείνοντες; εἰπέ, καίπερ οὐ λέξων φίλα.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

διπλᾶ με χρῄζεις δάκρυα κερδᾶναι, γύναι,
σῆς παιδὸς οἴκτῳ· νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ
τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο. 520
παρῆν μὲν ὄχλος πᾶς Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ
πλήρης πρὸ τύμβου σῆς κόρης ἐπὶ σφαγάς·
λαβὼν δ' Ἀχιλλέως παῖς Πολυξένην χερὸς
ἔστησ' ἐπ' ἄκρου χώματος, πέλας δ' ἐγώ·
λεκτοί τ' Ἀχαιῶν ἔκκριτοι νεανίαι, 525

dicta sunt, graviora metuat. Cf. infra v. 712. 1124. Phoen. 1280. Med. 1310. Hipp. 353. Ion. 1132.

v. 514. τοὐπί σ'] i. e. τοὐπὶ σὲ quod attinet ad te. Orest. 1345. (1338) Σώθηθ', ὅσον γε τοὐπ' ἔμ', ubi v. Porson.

v. 515. Usum particulae καὶ post interrogativa illa τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ, ποῖος illustravit Porsonus ad Phoen. 1373. Aliud exemplum est in hac fabula v. 1064. ποῖ καί με φυγᾶ πτώσσουσι μυχῶν; cf. 1201. Hippol. 1171. πῶς καὶ διώλετ'. εἰπέ. Apud Stobaeum Floril. Vol. II. p. 51. ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος; Sophron. apud Apollonium de pronom. p. 388. A. πῶς ψε καὶ γινώσκωμεν; His locis omnibus facile animadvertis quendam interrogationi vigorem addi interposita particula.

v. 518. κερδᾶναι] Formam hanc damnavisse videntur Atticistae, sed exemplis confirmavit Elmsleius ad Soph. Oed. Col. 72.

v. 520. πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο.] scil. ἔτεγξα. Isocrates Phil. §. 95. τὸ μὲν τοίνυν μέγιστον, σὺ μὲν τοὺς Ἕλληνας εὔνους ἕξεις, – ἐκεῖνοι δὲ διὰ τὰς δεκαδαρχίας τὰς ἐπὶ Λακεδαιμονίων ὡς οἷόν τε δυςμενεστάτους, scil. εἶχον: ubi fefellit haec ratio Coraium. Vide ad v. 57.

v. 524. πέλας δ' ἐγώ·] Intell. ἔστην. In summo tumulo ut consistat, inferias Clytaemestrae missura Helena filiam hortatur, Or. 116. καὶ στᾶσ' ἐπ' ἄκρου χώματος λέξον τάδε.

σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν,
ἕσποντο· πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας
πάγχρυσον ἔῤῥει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως
χοὰς θανόντι πατρί· σημαίνει δέ μοι
σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρῦξαι στρατῷ. 530
κἀγὼ παραστὰς εἶπον ἐν μέσοις τάδε·
σιγᾶτ', Ἀχαιοί, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς·
σίγα, σιώπα· νήνεμον δ' ἔστησ' ὄχλον.
ὁ δ' εἶπεν, ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός,
δέξαι χοάς μοι τάσδε κηλητηρίους, 535
νεκρῶν ἀγωγούς· ἐλθὲ δ', ὡς πίῃς μέλαν
κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅ σοι δωρούμεθα
στρατός τε κἀγώ· πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ,
λῦσαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια
νεῶν δὸς ἡμῖν, πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου 540
νόστου τυχόντας πάντας ἐς πάτραν μολεῖν.

v. 528. *ἔῤῥει*] active, fundebat. Theocr. V. 124. *Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα*, et v. 126. *Ῥείτω χ' ἁ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι.*

v. 534. *ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός*] o fili Pelei idemque pater meus. Reticetur in priore membro *μέν*, ut apud Sophocl. Oed. Col. 1275. *ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες.* Vid. Elmsleium ad Med. 940.

v. 535. Verbo *δέχεσθαι* iungi dativum personae docuerunt ad h. l. interpretes. V. Matth. Gr. §. 394. 3.

v. 537. *ἀκραιφνές*] Iphig. A. 1574. *ἄχραντον αἷμα καλλιπαρθένου δέρης.* Philostr. V. A. IV. 25. p. 166. *τὰ γὰρ καλὰ τῶν σωμάτων καὶ νέα σιτεῖσθαι ἐνόμιζεν, ἐπειδὴ ἀκραιφνὲς αὐτοῖς τὸ αἷμα.* [Id. Imagg. II. 9. p. 67. *τοῦ δὲ αἵματος ἀκραιφνοῦς ὄντος τὸ μὲν τὰ ὅπλα χραίνει, τὸ δὲ αὐτόν.*]

v. 546. *ἐφράσθη*] *συνῆκεν, ἔγνω, ἐνόησεν.* Hesych. Sophocles Antig. 1048. *ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις; ἆρα φράζεται;* Ai. 1040. *μὴ τεῖνε μακράν, ἀλλ' ὅπως κρύψεις τάφῳ φράζου τὸν ἄνδρα.* Cf. Nostri Med. 653.

v. 550. Sententiam corrumpit emendatio Elmsleii ad Heracl. 559. *ὡς ἐλευθέρως θάνω.* Nam *ἐλευθέρως θανεῖν*, hoc est mori ut liberum decet, etiam ei licet, qui vinculis constrictus ad mortem ducitur. Libera autem sive *ἐλευθέρα* non morietur, nisi quae, demtis illis servitii signis, rursus sui iuris facta sit.

v. 552. De infinitivo *κεκλῆσθαι* post *αἰσχύνομαι* dixit Matth. Gr. §. 555. not. 1. Rost. §. 129. 4. a. Sensus est: nolim serva vocari, quae regia stirpe nata sum. Soph. Ant. 942. de Antigona: *τὴν βασιληΐδα μούνην λοιπήν.*

v. 555 seq. Mihi non persuadent argumenta, quibus post Iacobsium Exercit. crit. in ant. script. T. I. p. 25. Matthiaeus hos versus ab interpolatoris manu profectos demonstrare cona-

τοσαῦτ' ἔλεξε, πᾶς δ' ἐπεύξατο στρατός.
εἶτ' ἀμφίχρυσον φάσγανον κώπης λαβὼν
ἐξεῖλκε κολεοῦ, λογάσι δ' Ἀργείων στρατοῦ
νεανίαις ἔνευσε παρθένον λαβεῖν. 545
ἡ δ', ὡς ἐφράσθη, τόνδ' ἐσήμηνεν λόγον·
ὦ τὴν ἐμὴν πέρσαντες Ἀργεῖοι πόλιν,
ἑκοῦσα θνήσκω· μή τις ἅψηται χροὸς
τοῦ 'μοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα θάνω, 550
πρὸς θεῶν μεθέντες κτείνατ'· ἐν νεκροῖσι γὰρ
δούλη κεκλῆσθαι βασιλὶς οὖσ' αἰσχύνομαι.
λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν, Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ
εἶπεν μεθεῖναι παρθένον νεανίαις.
οἱ δ', ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα, 555
μεθῆκαν, οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν κράτος.
κἀπεὶ τόδ' εἰσήκουσε δεσποτῶν ἔπος,

tur. Nam, ut a verbis *ὑστάτην ὄπα* ordiar, quum nihil dixisse Agamemno narretur, nisi ut puellam iuvenes dimitterent, ineptissimum videtur viro celeberrimo ex his unum aliquod verbum novissimum vocari. At, nisi vehementer fallor, celeritatem significare voluit poeta, qua res dicta sequuta est: quod aptius facere non poterat, quam si diceret vix exiisse n o v i s s i m u m v o c i s s o n u m (hoc est enim *ὑστάτην ὄπα*), quum obtemperatum sit regis imperiis. Cuiusmodi in sententia non quaeritur, utrum multa an pauca dicta sint. Neque temere adiecta sunt verba *οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν κράτος*, de quibus cupidius, quam vellem, disputat vir egregius. Scilicet causam illa continent, non cur obsequuti sint iuvenes, sed cur moram nullam iussis Agamemnonis interponi passi fuerint. Quid? quod ipsum Talthybium non sine tacito quodam gaudio pluribus, quam necesse erat, verbis ea commemorare probabile est, ex quibus illius, cuius erat minister, potentia et auctoritas perspiceretur. Iam interpellatum orationis tenorem interposito verbo *μεθῆκαν* non aegre feret qui legerit annotationem nostram ad v. 605. Denique, si recte haec interpretati sumus, *ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα*, illud quoque concidit, quod parum elegantem censuit narrationem, in qua bis idem diceretur, *ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα – κἀπεὶ τόδ' εἰσήκουσε δεσποτῶν ἔπος*. Sunt enim haec ad speciem sane similia, sed re longe distant: vertenda enim hoc modo: i l l i v e r o, q u a m p r i m u m f i n i v e r a t o r a t i o n e m i s, c u i u s s u m m u m e r a t i m p e r i u m, d i m i s e r u n t v i r g i n e m. Atque h a e c, q u u m d o m i n i v e r b a a u d i v i s s e t, s c i s s a e x h u m e r i s v e s t e p e c t u s n u d a v i t. Unum igitur relinquitur, in quo quis haerere possit, quod subiectum mutavit poeta v. 557. non diserte indicans Polyxenam; sed hoc etiam alibi factum. In verbis *οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν*

λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος
ἔῤῥηξε λαγόνος ἐς μέσον παρ' ὀμφαλόν,
μαστούς τ' ἔδειξε στέρνα θ', ὡς ἀγάλματος, 560
κάλλιστα· καὶ καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ,
ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον·
ἰδοὺ τόδ' εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία,
παίειν προθυμεῖ, παῖσον, εἰ δ' ὑπ' αὐχένα
χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε. 565
ὁ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων οἴκτῳ κόρης
τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαῤῥοάς·
κρουνοὶ δ' ἐχώρουν. ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,
κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών. 570
ἐπεὶ δ' ἀφῆκε πνεῦμα θανασίμῳ σφαγῇ,
οὐδεὶς τὸν αὐτὸν εἶχεν Ἀργείων πόνον·
ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν τὴν θανοῦσαν ἐκ χερῶν
φύλλοις ἔβαλλον, οἱ δὲ πληροῦσιν πυράν

v. 565. εὐτρεπής. Pars codicum perperam εὐπρεπής. Saepe haec vocabula confundi docuit Wyttenbachius ad Plut. T. I. p. 480.

v. 568, 9. Laudat h. l. Lucian. Demosth. Enc. 47. T. III. p. 525., ubi olim scriptum erat εὐσχημόνως, quod Euripidei etiam codices κράτος respexit fortasse Homerum Il. α. 78. Ἦ γὰρ ὀΐομαι ἄνδρα χολωσέμεν, ὃς μέγα πάντων Ἀργείων κρατέει, καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί. Certe dictio Homerica: cf. Il. ω. 293. Od. α. 70. 359.

v. 558. ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος] Interpungebatur olim commate post haec verba, quod recte delendum censuit Huschkius ad Tibull. I. 10, 61. Coniungenda enim sunt cum verbo ἔῤῥηξε, participium autem λαβοῦσα quodammodo abundat. V. Schaefer. ad Soph. Oed. Col. 475.

v. 560. Pulcri homines haud raro cum statuis sive ἀγάλμασι comparantur. Plato Charmid. p. 154. C. ἀλλὰ πάντες ὥσπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν. Phaedr. p. 251. A. θύοι ἂν ὡς ἀγάλματι καὶ θεῷ τοῖς παιδικοῖς. Philostratus de Vit. Soph. II. p. 612. καὶ γὰρ ἐπίχαρις καὶ ἀγαλματίας, οἷα ἔφηβοι (f. ἔφηβος). Cf. Heroic. cap. XVII. p. 725. Achill. Tat. V. 11. p. 113, 12. [Praeivit Aeschyl. Agam. 233. de Iphigenia ante aram constituta: πρέπουσα ὡς ἐν γραφαῖς. ubi cf. Blomfield. Glossar. F. I.]

v. 560-570. Hoc quoque, iure notatum ut κακόζηλον ab Hermogene p. 75, 40. Ald., imitatus est, qui in tota de Polyxena narratione Euripidem expressit, Ovidius Met. XIII. 479. Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas, Quum caderet castique decus servare pudoris. Euripidea etiam Achilli Tatio ob oculos versabantur L. IV.

κορμοὺς φέροντες πευκίνους, ὁ δ' οὐ φέρων 575
πρὸς τοῦ φέροντος τοιάδ' ἤκουεν κακά·
ἕστηκας, ὦ κάκιστε, τῇ νεάνιδι
οὐ πέπλον οὐδὲ κόσμον ἐν χεροῖν ἔχων;
οὐκ εἶ τι δώσων τῇ περίσσ' εὐκαρδίῳ
ψυχήν τ' ἀρίστῃ; τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγω 580
παιδὸς θανούσης· εὐτεκνωτάτην δέ σε
πασῶν γυναικῶν δυςτυχεστάτην θ' ὁρῶ.

ΧΟΡΟΣ.

δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσε
πόλει τε τῇμῇ· θεῶν ἀναγκαῖον τόδε.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ θύγατερ, οὐκ οἶδ' εἰς ὅ τι βλέψω κακῶν, 585
πολλῶν παρόντων· ἢν γὰρ ἅψωμαί τινος,
τόδ' οὐκ ἐᾷ με, παρακαλεῖ δ' ἐκεῖθεν αὖ
λύπη τις ἄλλη διάδοχος κακῶν κακοῖς.
καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν ὥςτε μὴ στένειν πάθος

partim suppeditant. V. Schaefer. ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 202. Passow. de Lexx. cond. rat. p. 30.

v. 580. λέγω Heathius. Libri λέγον, nisi quod Harl. N. Brub. λέγων exhibent.

9. p. 89, 26. ἡ δὲ προσεπάλαιεν ἡμῖν, οὐδὲν φροντίζουσα κρύπτειν ὅσα γυνὴ μὴ ὁρᾶσθαι θέλει.

v. 574. De φυλλοβολίᾳ, qua favorem suum qui certamina spectabant victoribus testabantur, egregius est locus Eratosthenis ap. Schol. ad h. l., cuius non immemor fuit hunc morem illustrans Casaubonus ad Sueton. Ner. 25. Ἐρατοσθένης φησὶ περὶ τῆς φυλλοβολίας, ὡς πάλαι, χωρὶς ἄθλων ἀγωνιζομένων ἀνθρώπων, τῷ νικήσαντι καθάπερ ἔρανον εἰςφέροντες ἔρριπτον τῶν θεατῶν [illegible] ἕκαστος ηὐπόρει. δι[illegible] [illegible]θες ἐγίνετο κύκλῳ περι[illegible]ενον ἐπαγείρειν καὶ λαμβ[illegible]ο διδόμενον. οἱ μὲν οὖν ἐμπορευόμενοι διάφορα δῶρα τῶν λοιπῶν (haec corrupta sunt). οἱ μὲν ἐγγὺς καθήμενοι στεφάνους ἐπετίθεσαν, οἱ δὲ ἀνωτέρω, τοῦτο ὅπερ ἦν λοιπόν, ἔβαλλον τοῖς ἄνθεσι καὶ φύλλοις. Cf. Boeckh. Explicatt. Pind. p. 329.

v. 576. κακά] probra, convicia. Soph. Phil. 374. κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς Τοῖς πᾶσιν. Aristoph. Nub. 1371. ἀλλ' εὐθὺς ἐξαράττω Πολλοῖς κακοῖς καἰσχροῖσι. Eurip. Alc. 704. εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς Ἐρεῖς, ἀκούσει πολλὰ κοὐ ψευδῆ κακά. Cf. ad. Med. 465.

v. 583. ἐπέζεσε] h. l. explicat Etym. M. p. 355, 12. Aristoph. Ach. 321. οἷος αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέζεσεν.

v. 588. διάδοχος κακῶν κακοῖς] i. e. ἣ διαδέχεται κακὰ κακοῖς, quae excipit mala ex malis. Cf. Matth. Gr. §. 405. a.

οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενός· 590
τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι
γενναῖος. οὔκουν δεινόν, εἰ γῆ μὲν κακὴ
τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν εὖ στάχυν φέρει,
χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν
κακὸν δίδωσι καρπόν· ἀνθρώποις δ' ἀεὶ 595
ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός,
ὁ δ' ἐσθλὸς ἐσθλός, οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστός ἐστ' ἀεί.
ἆρ' οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί;

593. Ald. et codicum pars εὔσταχυν. Primus εὖ στάχυν φέρει edidit Barnesius, quod confirmant Florr. omnes. Porsonus citavit Callimachi h. in Dion. 130. Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα στάχυν φέρει, εὖ δὲ γενέθλη Τετραπόδων.

v. 595. Hermannus scripsit ἄνθρωποι, idque ita probat, ut alterum, ἀνθρώποις, inepte dici contendat. Credo aliquanto concinnius esse quod de coniectura reposuit; sed illud non repu-

v. 591. τὸ δ' αὖ λίαν] Supplere possis στένειν, sed non opus. Sic in Antiopa fr. XX. ap. Stob. Vol. III. p. 62. αἰδεῖσθαι δὲ χρή, Γύναι, τὸ λίαν καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον. Phoen. 587. μέθετον τὸ λίαν.

v. 592-602. Parum opportune meo quidem iudicio digreditur in locum e media philosophia repetitum, utrum natura virtus an disciplina gigni videatur: quem locum tetigit etiam in Suppl. v. 911 seqq. Electr. 366 seqq. et alibi; suo more tractavit Plato aliique, quos commemorat Boeckhius in Plat. Min. et Legg. p. 45. Quanquam eiusmodi ματαιολογιῶν plenae fabulae Euripideae. Voluit autem, nisi fallor, refutare eam opinionem, quae disciplinae vim ad animum virtute imbuendum tolleret: sed id propter Polyxenae in morte obeunda constantiam, unde facilius quod confirmaret vulgi opinionem quam quod elevaret peti poterat, ita aggressus est, ut quadam cum indignatione mirantem faceret Hecubam, quod alia agri, alia hominum esset conditio, neque colendi diligentia, quae segetem quamvis malignam aptam reddendis frugibus efficere posset, eandem in hominibus vim haberet. Adiunxit autem certe quid esset honestum disci posse liberali institutione: quod si quis recte percepisset, comparata specie honesti, quid esset turpe ignorare non posse. — Verba ipsa satis expedita sunt ac facilia intellectu, nisi quod, quum οὔκουν δεινόν duplicem subiectam habeat sententiam, alteram, in qua de agri virtutibus dicitur, alteram de hominum moribus atque ingenio, magis id, quod reprehenditur in his, δεινὸν dicitur, quam quod de agro praedicatur. Simillimus locus Musonii apud Stobaeum Floril. Vol. II. p. 11. ἆρ' οὖν οὐχὶ δεινὸν ἐκείνους μὲν ὑπὲρ οὐδενὸς τῶν καλῶν [illegible]έχεσθαι ταῦτα πάσχοντ[illegible]ς δ' ὑπὲρ καλοκαγαθ[illegible] κακίαν μὲν ἐκφυγε[illegible]μαινομένην ἡμῶν τὸν β[illegible]σασθαι δὲ ἀρετήν, ἥτις ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν ἐστι χορηγός, μὴ πάντα πόνον ὑφίστασθαι; add. Isocr. ad Nicod.

ἔχει γε μέντοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς 600
δίδαξιν ἐσθλοῦ· τοῦτο δ' ἤν τις εὖ μάθῃ,
οἶδεν τό γ' αἰσχρόν, κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών.
καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην·
σὺ δ' ἐλθὲ καὶ σήμηνον Ἀργείοις τάδε,
μὴ θιγγάνειν μοι μηδέν', ἀλλ' εἴργειν ὄχλον, 605
τῆς παιδός. ἔν τοι μυρίῳ στρατεύματι
ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία
κρείσσων πυρός, κακὸς δ' ὁ μή τι δρῶν κακόν.
σὺ δ' αὖ λαβοῦσα τεῦχος, ἀρχαία λάτρι,

tasse videtur vir acutissimus, quum scripsit annotationem ad hunc locum, non omnia esse ad rationis severitatem exigenda, sed aliquid etiam consuetudini tribuendum, qua facile tuearis librorum omnium lectionem.

v. 607. *ἀναρχία* recte tuetur Porsonus propter librorum consensum. Non male tamen Dio Chrysost. Or. XXXII. p. 389. A. *ἀταξία*. Cf. Iacobs Lectt. Stob. p. 72.

§. 36. Cf. Wolfium in Anal. Lit. II. p. 338 seq. et Matth. ad h. l.

v. 595. *ἀνθρώποις*] i. q. *ἐν ἀνθρώποις*, V. Matth. Gr. §. 387. p. 709. Peculiarem huius dativi vim ut percipiamus, aliis fortasse alibi verbis utendum erit; sed rationem usus eandem ubique animadvertere licet: ut in Bacch. 310. *Μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν.* 402. *ἵν' οἱ θελξίφρονες νέμονται θνατοῖσιν Ἔρωτες.*

v. 601, 2. Notanda repetitio verbi *μαθεῖν* in extremo versu: quo quidem in genere, ne quid librariorum culpa commissum existimes, paullo negligentiorem fuisse Euripidem semel monendum est. Nam ne illa quidem multis in locis valet excusatio, quam indicavit Reisig. Comment. crit. ad Soph. Oed. Col. p. 186.

v. 603. *ἐτόξευσεν*] Eleganter cum telo comparatur oratio. Aesch. Suppl. 449. *Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια.* Soph. Antig. 1096. *Τοιαῦτά σου, λυπεῖς γάρ, ὥστε τοξότης Ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα.* Eurip. Suppl. 456. *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα.* Menander fragm. inc. LXXXVII. p. 225. *Γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσαι λόγους.* Cf. Wyttenb. ad Plutarch. T. I. p. 56.

v. 605. Verba *ἀλλ' εἴργειν ὄχλον* posita sunt *διὰ μέσου*, ut loquuntur grammatici. Sic in hac fabula v. 919. *πόσις ἐν θαλάμοις ἔκειτο, ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ, ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον.* cf. 704. Androm. 974. *ὡς φίλων μὲν ἂν Γήμαιμ' ἀπ' ἀνδρῶν, ἔκτοθεν δ' οὐ ῥᾴδιον, Φεύγων ἀπ' οἴκων, ἃς ἐγὼ φεύγω φυγάς.* Helen. 1599. *ἔτ', ὦ ξέν', ἐς τὸ πρόσθεν, ἢ καλῶς ἔχει, Πλεύσωμεν;* Cf. Cycl. 604. Rhes. 565 seq. Lobeck. ad Aiac. p. 294. Fritzschii Quaest. Luc. p. 176.

v. 608. *κρείσσων πυρός*] Significat vim, quae aegre cohiberi possit. Androm. 271. *ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω,* quo loco cum aliis similibus usus est Musgravius ad Soph. Philoct. 927. Cf. Orest. 696 seq. Hipp. 530.

βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλός, 610
ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις ἐμὴν
νύμφην τ' ἄνυμφον παρθένον τ' ἀπάρθενον
λούσω προθῶμαί θ'· ὡς μὲν ἀξία, πόθεν;
οὐκ ἂν δυναίμην· ὡς δ' ἔχω· τί γὰρ πάθω;
κόσμον τ' ἀγείρασ' αἰχμαλωτίδων πάρα, 615
αἵ μοι πάρεδροι τῶνδ' ἔσω σκηνωμάτων
ναίουσιν, εἴ τις τοὺς νεωστὶ δεσπότας
λαθοῦσ' ἔχει τι κλέμμα τῶν αὑτῆς δόμων.
ὦ σχήματ' οἴκων, ὦ ποτ' εὐτυχεῖς δόμοι,

v. 612. τ' post νύμφην om. Aug. a. male.

v. 610. ποντίας ἁλός,] Cycl. 531. οὐ χρή μ' ἀδελφοῖς τοῦδε προςδοῦναι ποτοῦ; V. Matth. Gr. §. 323.

v. 612. Acutum quoddam genus loquendi, quo substantivis iunguntur adiectiva ab ipsis et α στερητικῷ composita. Talis est enim haec ratio, ut, quod rei nomen indideris, eius vim continuo tollas aut minuas certe, idemque et posse dici et non posse indices. Polyxena quidem recte et νύμφη vocari potuit et παρθένος: alterum, quod desponsa fuisset Achilli, alterum, quod non nupsisset tamen. Iam sponsa, quae non convenisset in manum viri, ad illam formam, quam modo declaravi, νύμφη ἄνυμφος dicenda erat; virgo, quae, quod habuerat cui nuptura esset, quodammodo desiisset in virginum numero esse, παρθένος ἀπάρθενος. Alia quaedam eiusdemmodi, explicato genere in universum, notasse sufficiet: γάμος ἄγαμος Eur. Hel. 696. δεσμὸς ἄδεσμος. Suppl. 32. ὁδοὶ ἄνοδοι Iph. T. 888. πόλεμος ἀπόλεμος. Herc. F. 1133. χάρις ἄχαρις. Iph. T. 566. (cf. Aesch. Prom. 559.) Vid. etiam Matth. Gr. §. 446. not. 4.

v. 613. προτίθεσθαι] vocabulum funebre. Phoen. 1328. ὅπως Λούσῃ πρόθηταί τ' οὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν. Cf. Suppl. 52. Philostr. Heroic. p. 721. Heeren. ad Menandr. de encom. p. 104.

v. 614. τί γὰρ πάθω;] recte vertunt quid faciam? Proprie est: dubito, quid me fieri oporteat, aut quo animo esse debeam et quomodo affecta. Exempla huius formulae apud Euripidem annotavimus haec: Phoen. 902., ubi dixit de hac re Valckenaer.; Androm. 514. Suppl. 257. Troad. 787. Usus est etiam Homerus Il. λ. 404. cf. Anthol. Pal. V. 111. interpp. ad Aristoph. Nub. 234.

v. 619. ὦ σχήματ' οἴκων] Periphrasin pro οἶκοι esse docet Monkius ad Alc. 935. Sed fallitur. Σχῆμα enim primo quidem formam habitumque universe significat: tum aut egregiam formam, pulcritudinem, decus, ut hoc loco et initio Andromachae: Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις, aut deformitatem, tristitiam, squalorem, ut Alc. l. c. Id autem ipsum, quod contraria indicat, argumento est, non esse in ipso vocabulo hanc vim,

ὦ πλεῖστ' ἔχων κάλλιστά τ', εὐτεκνώτατε 620
Πρίαμε, γεραιά θ' ἥδ' ἐγὼ μήτηρ τέκνων,
ὡς ἐς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
τοῦ πρὶν στερέντες. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα
ὁ μέν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασιν,
ὁ δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος. 625
τὰ δ' οὐδέν· ἄλλως φροντίδων βουλεύματα,
γλώσσης τε κόμποι. κεῖνος ὀλβιώτατος,
ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

v. 626. Vulgo τάδ'. Cf. El. 940. Herc. F. 227. ubi eodem modo peccatum fuerat.

sed traxisse aliquid ex tenore et conditione sententiarum. Soph. Antig. 1169. καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ' ἔχων. Xenoph. Oec. II. 4. εἰς δὲ τὸ σὸν σχῆμα, ὃ σὺ περιβέβλησαι, καὶ τὴν σὴν δόξαν, οὐδ' εἰ τρὶς ὅσα νῦν κέκτησαι προσγένοιτό σοι, οὐδ' ὣς ἂν ἱκανά μοι δοκεῖ εἶναί σοι.

v. 620. Recte interpungitur post κάλλιστά τε: πλεῖστα κάλλιστά τε dictum ut πολλὰ καὶ κακά Androm. 953. et quae plurima huius generis reperiuntur. Vide Herm. ad Vig. p. 838. Matth. Gr. §. 444. 4. Wyttenb. ad Plutarch. Mor. I. p. 178. Sic etiam Horatius Epist. I. 8, 3. multa et pulcra minantem. Porsonus iungi volebat κάλλιστα εὐτεκνώτατε, sed, ut recte monuit Matth., neque καλῶς εὔτεκνος dicitur, et multo minus κάλλιστα εὐτεκνώτατος. Cf. Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. 342.

v. 623. ὀγκούμεθα] Usitatum hoc verbum de fastu opulentiorum. El. 681. οὔτ' αὖ δοκήσει δωμάτων ὠγκωμένος. Soph. Ai. 129. Μηδ' ὄγκον ἄρῃς μηδέν', εἴ τινος πλέον Ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει. Mox κεκλημένος idem fere valet atque ὤν. cf. 480. Herc. F. 1291. Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ Αἱ μεταβολαί λυπηρόν.

v. 626. ἄλλως φρ. β.] vana opinionum commenta. Lucian. Phalar. I. §. 12. εἰ μὴ κενὴ ἄλλως ὑπόσχεσις ταῦτά ἐστι. de gymn. §. 32. λῆρος καὶ παιδιὰ ἄλλως. Dio Chrysost. Or. LV. p. 286. R. οἱ δὲ πολλοὶ μάτην οἴονται τὰ τοιαῦτα λέγεσθαι καὶ ὄχλον ἄλλως καὶ φλυαρίαν ἡγοῦνται. Eurip. Cycl. 316. Ὁ πλοῦτος, ἀνθρώπισκε, τοῖς σοφοῖς θεός· Τὰ δ' ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι. [Aelian. H. A. VII. 1. καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλως κόμπος τὸ εἰρημένον, μάρτυς ὁ λόγος. Ibid. VII. 29. οὐ μυθοποίημα οὐδὲ κόμπος ποιητικός.]

## ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)


ἐμοὶ χρῆν συμφοράν,
ἐμοὶ χρῆν πημονὰν γενέσθαι, 630
Ἰδαίαν ὅτε πρῶτον ὕλαν
Ἀλέξανδρος εἰλατίναν
ἐτάμεθ᾽, ἅλιον ἐπ᾽ οἶδμα ναυστολήσων
Ἑλένας ἐπὶ λέκτρα, τὰν 635
καλλίσταν ὁ χρυσοφαὴς
Ἅλιος αὐγάζει.

(ἀντιστροφή).


πόνοι γὰρ καὶ πόνων
ἀνάγκαι κρείσσονες κυκλοῦνται.
κοινὸν δ᾽ ἐξ ἰδίας ἀνοίας 640
κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ
ὀλέθριον ἔμολε, συμφορά τ᾽ ἀπ᾽ ἄλλων.
ἐκρίθη δ᾽ ἔρις, ἃν ἐν Ἴ-

v. 629. Canticum hoc ex Glyconeis versibus est aliisque, ut assolet, cognatis numeris compositum.

στρ.



ἐπῳδός.



v. 629. Praedicat chorus utrique populo, Graecis inquam et Troianis, communem exitii luctusque causam fuisse Paridis de

δς κρίνει τρισσὰς μακάρων 645
παῖδας ἀνὴρ βούτας,
(ἐπῳδός.)
ἐπὶ δορὶ καὶ φόνῳ καὶ ἐμῶν μελάθρων λώβᾳ·
στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν εὔροον Εὐρώταν
Λάκαινα πολυδάκρυτος ἐν δόμοις κόρα, 650
πολιόν τ' ἐπὶ κρᾶτα μάτηρ
τέκνων θανόντων τίθεται χέρα,
δρύπτεταί τε παρειάν, 655
δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα σπαραγμοῖς.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

γυναῖκες, Ἑκάβη ποῦ ποθ' ἡ παναθλία,
ἡ πάντα νικῶσ' ἄνδρα καὶ θῆλυν σπορὰν
κακοῖσιν; οὐδεὶς στέφανον ἀνθαιρήσεται. 660

ΧΟΡΟΣ.

τί δ', ὦ τάλαινα σῆς κακογλώσσου βοῆς;
ὡς οὔποθ' εὕδει λυπρά σου κηρύγματα.

v. 649. εὔροον primus dedit Hermannus. Libri εὔρουν.

tribus deabus iudicium deductasque ad petendum Helenae coniugium naves, ut sibi quidem iam tum ex vita discessisse melius fuerit. Nam, ut ait v. 638., labores et graviora laboribus dominorum imperia me circumstant.

v. 639. ἀνάγκαι] mala servitutis. cf. Soph. Aiac. 485. Eurip. Andr. 132. Matthiaeus interpretatur calamitates fatales, quae non video quomodo satis recte πόνοις opponantur.

v. 640. ἐξ ἰδίας ἀνοίας] i. e. ἐξ ἀνοίας ἰδιωτοῦ, Paridis. Sic ἀναθήματα ἴδια ap. Herodot. I. 183. [Ob antithesin ἀπ' ἄλλων probanda fortasse explicatio Scholiastae veteris: ἐξ ἰδίας ἀφροσύνης, τῆς γῆς δηλονότι· ἡ γὰρ τοῦ Πάριδος ἀφροσύνη οὐκ ἀλλοτρία τῶν Τρώων ἦν. F. I.]

v. 644. ἂν — κρίνει τρισσὰς μ. π.] Constructionem illustrat Matth. Gr. §. 421. not. 3. p. 775. Μακάρων παῖδας nota circumscriptionis formula, ut παῖδες Ἑλλάνων v. 930.

v. 647. ἐπὶ δορὶ καὶ — λώβᾳ] Praepositio eventum indicat. Herc. F. 882. ὡς ἐπὶ λώβᾳ. Iph. A. 547. ὅθι δὴ δίδυμ' Ἔρως ὁ χρυσοκόμας τόξ' ἐντείνεται χαρίτων, τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ, τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς. Aesch. Sept. 878. δόμων ἐπὶ λύμῃ.

v. 649. στένει δὲ καί τις etc.] „Multae etiam Graecarum mulierum lugent." Cf. Matth. Gr. §. 487. 1. Ceterum non dubito, quin quaesita sit soni similitudo in verbis εὔροον Εὐρώταν.

v. 658. Famula, quam Hecuba, antequam ipsa ad apparandum funebrem ornatum Polyxenae in tentorium digrederetur, miserat, ut aquam afferret (cf. v. 609.), nunc redit secum portans veste amictum Polydori cadaver, quod a mari eiectum susceperat.

v. 661. ὦ τάλαινα — βοῆς] Orest. 1286. ὦ τάλαιν' ἐγὼ κακῶν. Med. 1028. ὦ δυστάλαινα

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

Ἑκάβη φέρω τόδ' ἄλγος· ἐν κακοῖσι δὲ
οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ὕπο 665
ἥδ', ἐς δὲ καιρὸν σοῖσι φαίνεται λόγοις.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω,
δέσποιν', ὄλωλας, οὐκέτ' εἶ, βλέπουσα φῶς,
ἄπαις, ἄνανδρος, ἄπολις, ἐξεφθαρμένη.

ΕΚΑΒΗ.

οὐ καινὸν εἶπας, εἰδόσιν δ' ὠνείδισας. 670
ἀτὰρ τί νεκρὸν τόνδε μοι Πολυξένης
ἥκεις κομίζουσ', ἧς ἀπηγγέλθη τάφος
πάντων Ἀχαιῶν διὰ χερὸς σπουδὴν ἔχειν;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ἥδ' οὐδὲν οἶδεν, ἀλλά μοι Πολυξένην
θρηνεῖ, νέων δὲ πημάτων οὐχ ἅπτεται. 675

v. 665. *δόμων ὕπο.* Libri ἄπο vel ὕπερ. Vid. ad v. 53. et de confusione praepositionum ὑπό et ὑπέρ Bast. Comm. Palaeogr. p. 846.

τῆς ἐμῆς αὐθαδίας, ubi plura Elmsleius v. 996. suae editionis. Eadem ratio constructionis infra v. 783. ὦ σχετλία σὺ τῶν ἀμετρήτων πόνων. Androm. 1179. ὦ σχέτλιος παθέων ἐγώ.

v. 662. εὕδει] Eleganter pro cessat, conticescit Hom. Il. ε. 524. ὄφρ' εὕδησι μένος Βορέαο. Solon. fr. XV. 19. Br. πόλεμον εὕδοντ' ἐπεγείρει. Cf. Suppl. 1147. Phoen. 637. Ceterum quaerat aliquis, quid tandem acerbi praeter eam rem, quam nuntiatura est, attulerit haec famula, ut eam chorus increparet. Non memini legere illam aliorum malorum nuntiam; sed quae in domo Hecubae aetatem exegisset (v. 609.) ac socia fuisset illius cladis, qua Troianae opes eversae sunt, eam sane probabile est multa minime laeta iam olim ad dominam pertulisse.

v. 667. κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω] i. e. ἢ τάλαινα. Hipp. 914. φίλους κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους. Alc. 1082. ἀπώλεσέν με κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω. El. 1185. ἄλαστα, μέλεα καὶ πέρα παθοῦσα. Infra v. 1121. ἀπώλεσ'· οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως. Cf. Fritzschii Quaest. Luc. p. 121.

v. 668. Virgulam post εἶ, quae olim aberat, posui auctore Reisigio Synt. crit. p. 10. Sensus est: quum vivas, tamen tanta est miseriarum moles, ut mortuae instar sis. Cf. Soph. Phil. 1018. ἄφιλον, ἔρημον, ἄπολιν, ἐν ζῶσιν νεκρόν.

v. 670. οὐ καινὸν] sc. τι. Sic Hom. Od. δ. 690. οὔτε τινὰ ῥέξας ἐξαίσιον οὔτε τι εἰπὼν Ἐν

ΕΚΑΒΗ.

οἲ 'γὼ τάλαινα, μῶν τὸ βακχεῖον κάρα
τῆς θεσπιῳδοῦ δεῦρο Κασάνδρας φέρεις;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ζῶσαν λέλακας, τὸν θανόντα δ' οὐ στένεις
τόνδ'. ἀλλ' ἄθρησον σῶμα γυμνωθὲν νεκροῦ,
εἴ σοι φανεῖται θαῦμα καὶ παρ' ἐλπίδας. 680

ΕΚΑΒΗ.

οἴμοι, βλέπω δὴ παῖδ' ἐμὸν τεθνηκότα
Πολύδωρον, ὅν μοι Θρὴξ ἔσωζ' οἴκοις ἀνήρ.
ἀπωλόμην δύστηνος, οὐκέτ' εἰμὶ δή.
ὦ τέκνον, τέκνον,
αἰαῖ, κατάρχομαι νόμον
βακχεῖον, ἐξ ἀλάστορος 685
ἀρτιμαθὴς κακῶν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ἔγνως γὰρ ἄτην παιδός, ὦ δύστηνε σύ;

ΕΚΑΒΗ.

ἄπιστ' ἄπιστα, καινὰ καινὰ δέρκομαι.
ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ·

v. 687 παιδός, ὦ δύστηνε, σοῦ; Flor. codd. novem idque coniecerat olim, appobantibus Heathio, Musgr., Br., Canterus. Melius videtur σύ. Cf. Androm. 68. 170. 631. Hecub. 1257.

δήμῳ. Helen. 1052. ἀδύνατον εἶπας. El. 275. αἰσχρόν γ' εἶπας. Vid. Heind. ad Plat. Gorg. §. 47. Fritzsch. l. l. p. 92 seqq.

v. 682. οἴκοις] domi. Infr. 1014. ταῖσδε σώζεται στέγαις. 457. οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις.

v. 684 — 720. Non esse hoc carmen liberum solutumque antistrophicae responsionis lege quum esset veri simillimum, tamen ea responsio qualis esset, non eadem fuit sententia Seidleri de verss. dochm. p. 233. et Hermanni Elem. doctr. metr. p. 766. Ac de Seidleri ratione illud dubitationem movet, quod transponendi aleam haud detrectavit: non quo nihil usquam hoc etiam adhibito remedio sanandum esse existimem, sed quod vix quidquam est in arte critica, de quo difficilius fidem facias, praesertim quum id non uno loco audendum sit. Maior in eo genere religio fuit Hermanni; sed is quam dedit descriptionem carminis, ea sane ad elegantiam alterius comparari non potest. Ceterum numeri sunt dochmiaci, interpositis iambicis, primo quidem duobus dimetris vv. 684. 685., deinde trimetris.

v. 685. κατάρχομαι νόμον β.] Orest. 960. κατάρχομαι στεναγμόν, ubi alia huius constructionis exempla indicavit Musgravius, Hom. Od. γ. 445. Lycophr. 209. Athen. XIV. p. 622. C. Cf. Matthiaei Gr. §. 336. n. 1.

οὐδέποτ᾽ ἀδάκρυτον, ἀστένακτον 690
ἁμέρα μ᾽ ἐπισχήσει.

ΧΟΡΟΣ.

δείν᾽, ὦ τάλαινα, δεινὰ πάσχομεν κακά.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ τέκνον, τέκνον ταλαίνας ματρός,
τίνι μόρῳ θνήσκεις, τίνι πότμῳ κεῖσαι; 695
πρὸς τίνος ἀνθρώπων;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

οὐκ οἶδ᾽· ἐπ᾽ ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.

ΕΚΑΒΗ.

ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ
ἔκβλητον, ἢ πέσημα φοινίου δορός; 700

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

πόντου νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.

v. 690. Ald. *ἀδάκρυτος, ἀστένακτος*. Idem superscriptum alteri lectioni in Gu. Flor. 6. 9. 18. Probavit Hermannus in Elem. l. c., sed ut vocabula ipsa transponeret et deleret praeterea *μ᾽* versu sequente: *οὐδέποτ᾽ ἀστένακτος, ἀδάκρυτος ἁ - μέρα ἐπισχήσει.* Potest hoc placere propter numeros dochmiacos, quum in vulgata lectione vix assequi liceat, quae sit ratio numerorum; nisi si talem existimes:

– ⏑́⏑ ⏑⏑ | –́ ⏑ – ⏑ – ⏑
–́ ⏑ – ⏑ – | –́ –

Matthiaeus recepit coniecturam Seidleri: *οὐδέποτ᾽ ἀδάκρυτον, ἀστένακτον ἦ - μαρ ἔμ᾽ ἐπισχήσει.* Post verba *ἁμέρα μ᾽ ἐπισχήσει* Gu. Flor. 21b. addunt *αἶ αἶ τῶν κακῶν*, alii, teste Porsono, *αἶ αἶ κακῶν.* Hoc amplexus est Seidlerus, sed transposuit haec verba ante illa, *ἄπιστ᾽ ἄπιστα* et quae seq., atque hinc initium strophae duxit.

v. 699. *ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ.* Legebantur haec vulgo ante illa v. 701. *πόντου νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων*, simulque cum his

v. 690. *ἀδάκρυτον - ἐπισχήσει*] per prolepsin dictum pro *ἐπισχήσει, ὥστε ἀδάκρυτον γενέσθαι.* Soph. Antig. 851. *τὸν δ᾽ ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει.* Trach. 106. *οὔποτ᾽ εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον.* Vid. Matth. Gr. §. 446. not. 2.

v. 692. Ancillae tribuit hunc versum Seidlerus, cui videtur in hoc carmine ea esse lex, ut interpositi senarii in stropha ad ancillam, in antistropha ad Chorum pertineant.

v. 695. *θνήσκεις,*] pro praeterito. Infra 773. *Θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ καὶ τίνος πότμου τυχών;* Bacch. 1039. *τίνι μόρῳ θνήσκει Ἄδικος ἄδικά τ᾽ ἐκπορίζων ἀνήρ.* V. Iacobs ad Anthol. Palat. p. 265. – *Κεῖσθαι,*

ΕΚΑΒΗ.

ὤμοι, αἰαῖ, ἔμαθον ἐνύπνιον, ὀμμάτων
ἐμῶν ὄψιν, οὔ με παρέβα φάντα-
σμα μελανόπτερον, 705
ἂν ἐσεῖδον ἀμφί σ',
ὦ τέκνον, οὐκέτ' ὄντα Διὸς ἐν φάει.

ΧΟΡΟΣ.

τίς γάρ νιν ἔκταν'; οἶσθ' ὀνειρόφρων φράσαι;

ΕΚΑΒΗ.

ἐμὸς ἐμὸς ξένος, Θρῄκιος ἱππότας, 710
ἵν' ὁ γέρων πατὴρ ἔθετό νιν κρύψας.

ΧΟΡΟΣ.

ὤμοι, τί λέξεις; χρυσὸν ὡς ἔχῃ κτανών;

ΕΚΑΒΗ.

ἄῤῥητ', ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,

ancillae tribuebantur. Hecubae tribuenda esse monuit Hermannus l. c. p. 767., quum ancillam, quae nuntii officio fungitur, non nisi trimetris uti deceat. Transposita sunt autem eodem auctore; etsi, quam in diss. de antistr. proposuerat sententiam, post ipse reliquerit in Elem. doctr. metr.

v. 702. Transposuit haec Seidlerus hoc modo: ὤμοι, αἶ αἶ, Ἔμαθον ἔνυπνιον ὄψιν ὀμμάτων ἐμῶν, Οὐ παρέβα με φάσμα μελανόπτερον, Ἂν ἐσεῖδον ἀμφί σε, τέκνον, οὐκέτ' ὄν – τὰ Διὸς ἐν φάει. Hermannus, recepta coniectura Matthiaei φάντασμα, cetera sic scripsit: τὰν εἴσιδον ἀμφί σοι, ὦ τέκνον etc. in Elem. p. 767. Codices non magnopere discrepant, nisi quod Gu. Flor. 6. 9. 18. 21 b. Aug. c. εἰσεῖδον, Aug. b. ἂν ἐσεῖδον ἂν ἀμφί σ', ὦ τέκνον, puncto supra utrumque ἂν scripto, exhibent; denique Mosq. A. ἀμφὶ σόν, τέκνον. quod ex σοι ortum videbatur Hermanno, cuius in editione Hecubae scriptum reperias: ἐσεῖδον ἀμφὶ σοί, ὦ τέκνον etc.

v. 709. ὀνειρόφρων Gu. Florr. omnes, praeter 25., Vict. Mosq. D. Havn. Vulgo ὀνειρόφρον.

v. 712. ἔχῃ optimi libri dederunt. Vulgo ἔχοι. Vid. ad v. 27.

mortuum esse. Aesch. Agam. 1413. Κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος. Conf. ad v. 205.

v. 698. De constructione verbi κυρῶ cum accusativo vid. Matth. Gr. §. 328. not.

v. 704. Verba οὔ με παρέβα φάντασμα μελανόπτερον interpellant orationis tenorem ea ratione, de qua supra dictum ad v. 605. Nam ἂν referendum ad ὄψιν.

v. 711. ἵνα referendum ad Θρῄκη, quod latet in adiectivo Θρῄκιος. Nam cum persona, vehementer dubito, an non possit coniungi. Andr. 652. οὖσαν μὲν Ἠπειρῶτιν, οὗ πεσήματα Πλεῖσθ' Ἑλλάδος πέπτωκε δοριπετῆ νεκρῶν.

οὐχ ὅσι' οὐδ' ἀνεκτά. ποῦ δίκα ξένων; 715
ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν, ὡς διεμοιράσω
χρόα, σιδαρέῳ τεμὼν φασγάνῳ
μέλεα τοῦδε παιδός, οὐδ' ᾤκτισας. 720

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον, ὥς σε πολυπονωτάτην βροτῶν
δαίμων ἔθηκεν, ὅςτις ἐστί σοι βαρύς.
ἀλλ' εἰςορῶ γὰρ τοῦδε δεσπότου δέμας
'Αγαμέμνονος, τοὐνθένδε σιγῶμεν, φίλαι. 725

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἑκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ
ἐλθοῦσ', ἐφ' οἷςπερ Ταλθύβιος ἤγγειλέ μοι
μὴ θιγγάνειν σῆς μηδέν' 'Αργείων κόρης;
ἡμεῖς μὲν οὖν ἐῶμεν, οὐδὲ ψαύομεν·
σὺ δὲ σχολάζεις, ὥςτε θαυμάζειν ἐμέ. 730
ἥκω δ' ἀποστελῶν σε· τἀκεῖθεν γὰρ εὖ
πεπραγμέν' ἐστίν, εἴ τι τῶνδ' ἐστὶν καλῶς.
ἔα· τίν' ἄνδρα τόνδ' ἐπὶ σκηναῖς ὁρῶ
θανόντα Τρώων; οὐ γὰρ 'Αργείων πέπλοι
δέμας περιπτύσσοντες ἀγγέλλουσί μοι. 735

ΕΚΑΒΗ.

δύστην', ἐμαυτὴν γὰρ λέγω, λέγουσα σέ,
Ἑκάβη, τί δράσω; πότερα προςπέσω γόνυ
'Αγαμέμνονος τοῦδ', ἢ φέρω σιγῇ κακά;

v. **715.** *οὐχ ὅσι' οὐδ' ἀνεκτά.* ex multis bonisque codd. recepit Matth. et Herm. in Elem. p. **767.** Sequutus sum librorum magis quam hominum auctoritatem; quanquam illud miror iudicium Matthiaei, quod in vulgata lectione, *οὐχ ὅσιά τ' οὐδ' ἀνεκτά,* languere censet *τε.* Citius equidem asyndeta, si longius progre-

v. **714.** *ἀνωνόμαστα,* infanda, tristia. Hom. Od. *τ.* **260.** *Κακοΐλιον οὐκ ὀνομαστήν.*

v. **716.** *ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν,*] Vid. Matthiaei Gr. §. **320.** Dobraeum ad Aristoph. Vesp. **396.**

v. **724.** *δέμας* circumscriptioni inservit. Or. **107.** *Τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς Ἑρμιόνης πέμπεις δέμας;* Iph. A. **936.** *οὐ γὰρ ἐμπλέκειν πλοκὰς Ἐγὼ παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας.* Iph. T. **1440.** *ἀδελφῆς τ' Ἄργος ἐςπέμψων δέμας.* Cf. Matth. Gr. p. **798.**

v. **731.** *τἀκεῖθεν*] Med. **1117.** *Καραδοκῶ τἀκεῖθεν οἷ προβήσεται.* Iph. T. **1410.** *Σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.* Cf. Or. **851.** Heracl. **142.** Heind. ad Plat. Gorg. §. **61.** Krueger. ad Dionys. p. **302.**

v. **732.** *ἐστὶν καλῶς.*] Helen. **1293.** *καλῶς ἂν εἴη.* De adverbio cum verbo substantivo coniuncto optime dixit, me iudice,

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί μοι προςώπῳ νῶτον ἐγκλίνασα σὸν
δύρει, τὸ πραχθὲν δ' οὐ λέγεις, τίς ἔσθ' ὅδε. 740

ΕΚΑΒΗ.

ἀλλ' εἴ με δούλην πολεμίαν θ' ἡγούμενος
γονάτων ἀπώσαιτ', ἄλγος ἂν προςθείμεθα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὔτοι πέφυκα μάντις, ὥςτε μὴ κλύων
ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.

ΕΚΑΒΗ.

ἆρ' ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυςμενὲς 745
μᾶλλον φρένας τοῦδ', ὄντος οὐχὶ δυςμενοῦς;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἴ τοί με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι,
ἐς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν.

ΕΚΑΒΗ.

οὐκ ἂν δυναίμην τοῦδε τιμωρεῖν ἄτερ
τέκνοισι τοῖς ἐμοῖσι. τί στρέφω τάδε; 750
τολμᾶν ἀνάγκη, κἂν τύχω, κἂν μὴ τύχω.
'Αγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων
καὶ σοῦ γενείου δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί χρῆμα μαστεύουσα; μῶν ἐλεύθερον
αἰῶνα θέσθαι; ῥᾴδιον γάρ ἐστί σοι. 755

diantur, molesta dixerim, quam si post plura *ἀσυνδέτως* posita copulam inferas. Atque in vulg. acquievit Seidlerus, cui hic versus est iambicus trimeter; nobis dochmiacus cum dimetro iambico catalectico in disyllabum.
v. 742. Aldus *ἄλγος ἂν προςθείμεθα*. Cf. Reisig. Coniect. I. p. 187.

Stallbaumius ad Platonis Euthyphr. p. 10. Cfr. Matth. Gr. §. 309. c. Goettling. ad Aristot. Polit. p. 293.
v. 734. *οὐ γὰρ 'Αργείων*] sc. *αὐτὸν εἶναι*. Cf. El. 516 seq.
v. 736. Non respondet primo Hecuba, sed quae loquitur usque ad v. 751. secum loqui putanda est, sciscitante interim Agamemnone miri illius silentii caussas, postremo paullulum etiam offenso tanta tacendi pertinacia.
v. 739. *προςώπῳ — σόν*] ori meo tergum obvertens.
v. 748. *ἐς ταὐτὸν ἥκεις*] scil. *ἐμοί*, idem sentis atque ego, eadem utrique nostrum mens est. In Orest. 1280. parti chori, satis omnia, qua speculetur, explorata nuntianti respondet altera pars: *εἰς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδὲ τῇδ' ὄχλος.*
v. 754 seq. Vereor, ne eadem sit aut similis horum verborum sententia atque illorum, quae

ΕΚΑΒΗ.

οὐ δῆτα· τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη
αἰῶνα τὸν ξύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ δὴ τίν' ἡμᾶς εἰς ἐπάρκεσιν καλεῖς;

ΕΚΑΒΗ.

οὐδέν τι τούτων ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ.
ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δάκρυ; 760

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὁρῶ· τὸ μέντοι μέλλον οὐκ ἔχω μαθεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

τοῦτόν ποτ' ἔτεκον κἄφερον ζώνης ὕπο.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔστιν δὲ τίς σῶν οὗτος, ὦ τλῆμον, τέκνων;

ΕΚΑΒΗ.

οὐ τῶν θανόντων Πριαμιδῶν ὑπ' Ἰλίῳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἦ γάρ τιν' ἄλλον ἔτεκες ἢ κείνους, γύναι; 765

ΕΚΑΒΗ.

ἀνόνητά γ', ὡς ἔοικε, τόνδ' ὃν εἰςορᾷς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ποῦ δ' ὢν ἐτύγχαν', ἡνίκ' ὤλλυτο πτόλις;

Persi Macedonum regi, ne duceretur in triumpho, deprecanti respondisse fertur Aemilius Paullus, in cuius vita Plutarchus c. 34. *καίτοι προςέπεμψε* (scil. Perseus) *τῷ Αἰμιλίῳ δεόμενος μὴ πομπευθῆναι καὶ παραιτούμενος τὸν θρίαμβον. Ὁ δὲ τῆς ἀνανδρίας αὐτοῦ καὶ φιλοψυχίας, ὡς ἔοικε, καταγελῶν, Ἀλλὰ τοῦτό γ', εἶπε, καὶ πρότερον ἦν ἐπ' αὐτῷ καὶ νῦν ἔστιν, ἂν βούληται· δηλῶν τὸν πρὸ αἰσχύνης θάνατον.* [Dignus erat rex ignavissimus, qui illud deprecationis responsum ferret. Reginae autem sine crimine miserrimae fortunaeque malis oppressae tale consilium ab Agamemnone dari non putaverim, praesertim quum se supra (553) clementem praebuerit, nec in sequentibus durum animum prodat. F. I.]

v. 759. *οὐδέν τί τούτων*] scil. *αἰτοῦμαι* vel *μαστεύω*, aut simile quid.

v. 762. *ἔτεκον κἄφερον ζ. ὕ.*] Figura, quam *πρωθύστερον* vocant grammatici. El. 969. *πῶς γὰρ κτάνω νιν, ἥ μ' ἔθρεψε κἄτεκεν;* Vid. Schaefer. Melet. crit. p. 16. ad Sophocl. Oed. T. 827.

v. 766. *ἀνόνητά γ'*] peperi sane, sed ut in hoc quidem, quem vides, fructum pariundi nullum perceperim. Hipp. 1045. *ὦ τάλαινα μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνατα.* cf. El. 507. Philemo fragm. inc. LXIV. *Ἔτεκές με, μῆτερ, καὶ γένοιτό σοι τέκνων Ὄνησις, ὥςπερ καὶ δίκαιόν ἐστί σοι.*

ΕΚΑΒΗ.
πατήρ νιν ἐξέπεμψεν ὀῤῥωδῶν θανεῖν.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ποῖ τῶν τότ᾽ ὄντων χωρίσας τέκνων μόνον;
ΕΚΑΒΗ.
ἐς τήνδε χώραν, οὗπερ εὑρέθη θανών. 770
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
πρὸς ἄνδρ᾽, ὃς ἄρχει τῆςδε Πολυμήστωρ χθονός;
ΕΚΑΒΗ.
ἐνταῦθ᾽ ἐπέμφθη πικροτάτου χρυσοῦ φύλαξ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ καὶ τίνος πότμου τυχών;
ΕΚΑΒΗ.
τίνος γ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου; Θρήξ νιν ὤλεσε ξένος.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ὦ τλῆμον, ἦπου χρυσὸν ἠράσθη λαβεῖν; 775
ΕΚΑΒΗ.
τοιαῦτ᾽, ἐπειδὴ ξυμφορὰν ἔγνω Φρυγῶν.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
εὗρες δὲ ποῦ νιν, ἢ τίς ἤνεγκεν νεκρόν;
ΕΚΑΒΗ.
ἥδ᾽ ἐντυχοῦσα ποντίας ἀκτῆς ἔπι.

v. 774. *τίνος πρὸς ἄλλου* ex ingenio Porsonus; *γ᾽* omittunt Mosq. A. D. Flor. 17. 21ᵇ. Gu.

v. 771. *Πολυμήστωρ*] Nomen, quod cum *ἄνδρα* construi debebat, traiectum est et accommodatum ad relativum. Homer. Od. α. 69. *Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν, Ἀντίθεον Πολύφημον.* Infra v. 986. *πρῶτον μὲν εἰπὲ παῖδ᾽, ὃν ἐξ ἐμῆς χερὸς Πολύδωρον ἔκ τε πατρὸς ἐν δόμοις ἔχεις.* Hipp. 101. *τήνδ᾽, ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις,* quo loco usus est de eadem loquendi ratione disputans Heindorfius ad Plat. Phaedon. §. 30. p. 66. E. Cf. Matth. Gr. §. 474. b.

v. 774. *τίνος γ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου;*] fortius negat, quam si abesset partic. *γε*, quam in interrogativis sententiis locum non habere censebat Elmsleius ad Med. 1334., refutatus ab Hermanno ad Soph. Philoct. 439. cf. Troad. 241. *αἶ αἶ· τίνα γ᾽ ἢ Θεσσαλίας πόλιν ἢ Φθιάδος εἶπας ἢ Καδμείας χθονός;* Hoc quoque loco *γε* in *δὲ* mutandum videtur Elmsleio ad Soph. Oed. Col. p. 215.

v. 776. *τοιαῦτ᾽*] vim affirmandi habet, ut Electr. 645. Similiter *ταῦτα* apud Aristophanem, docente Heindorfio ad Plat. Phaedon. §. 61.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τοῦτον ματεύουσ', ἢ πονοῦσ' ἄλλον πόνον;

ΕΚΑΒΗ.

λούτρ' ᾤχετ' οἴσουσ' ἐξ ἁλὸς Πολυξένῃ. 780

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κτανών νιν, ὡς ἔοικεν, ἐκβάλλει ξένος.

ΕΚΑΒΗ.

θαλασσόπλαγκτόν γ', ὧδε διατεμὼν χρόα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὦ σχετλία σὺ τῶν ἀμετρήτων πόνων.

ΕΚΑΒΗ.

ὄλωλα, κοὐδὲν λοιπόν, 'Αγάμεμνον, κακῶν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

φεῦ φεῦ· τίς οὕτω δυςτυχὴς ἔφυ γυνή; 785

v. 782. θαλασσόπλαγκτόν γ'] De particulae potestate monitum ad v. 246. 766.

786. Poeta apud Stobaeum Floril. Vol. II. p. 52. Οὐδεὶς ἂν εἴποι κεῖνον ἀνθρώπων κακῶς, Οὐδ' εἰ φθόνου γένοιτο δυςμενέστερος. Alia eiusdem generis dicta laudarunt interpp. ex Terent. Ad. IV. 8, 43. ipsa si cupiat Salus, Servare prorsus non potest hanc familiam; Trabeae ap. Cic. Tusc. IV. 31. Fortunam ipsam anteibo fortunis meis; Plauti Asin. II. 2, 1. Ubi ego nunc Libanum requiram aut familiarum filium, Uti ego illos lubentiores faciam quam Lubentia est.

v. 793. Magnum illa mensae sacra communio vinculum pietatis, nec quidquam magis nefarium videbatur quam eum, qui iisdem epulis assedisset adeoque in hospitii ius venisset, violare. Hom. Od. φ. 27. Ὅς μιν ξεῖνον ἐόντα κατέκτανεν ᾧ ἐνὶ οἴκῳ· Σχέτλιος, οὐδὲ θεῶν ὄπιν ᾐδέσατ' οὐδὲ τράπεζαν, Τὴν δή οἱ παρέθηκεν· ἔπειτα δὲ πέφνε καὶ αὐτόν. Achill. Tat. III. 21. p. 78. 18. ταῦτα λέγων ἐδεόμην Δία ξένιον καλῶν καὶ κοινῆς ἀναμιμνήσκων τραπέζης. Conf. Huschkii diss. de fabulis Archilochi p. 14. sq.

v. 794 seq. Suspecta viris doctis verba πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων, neque iniuria, quum viri principes ac primarii semper τὰ πρῶτα, nusquam πρῶτα absque articulo dicantur. Vid. Matth. Gr. §. 438. Wernsdorf. ad Himer. p. 348. Quanquam depravatam esse hanc lectionem ex illa, quam de coniectura reposuit Porsonus, πρῶτος ὢν ἐμῶν φίλων, ego quidem non adducor, ut credam. Neque aliae aliorum coniecturae iuvant: ut quod proposuit Musgravius ξένιά τ', vel Hermanni ξενίας τε πρωτάριθμα τῶν ἐμῶν φίλων. Longius progressus est Matthiaeus. Is enim quum neque ξενίας ἀριθμῷ commodam habeant explicationem, neque ea, quae sequuntur, λαβὼν προμηθίαν dubitatione vacent, omninoque nimis verbosa haec hospitii cum Polymestore iuncti declaratio videatur, hos versus ut spurios circumscripsit. Quibus sublatis constructionem verborum ita explicat, ut illa κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν

ΕΚΑΒΗ.

οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ τὴν τύχην αὐτὴν λέγοις.
ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' ἀμφὶ σὸν πίπτω γόνυ
ἄκουσον. εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ,
στέργοιμ' ἄν· εἰ δὲ τοὔμπαλιν, σύ μοι γενοῦ
τιμωρὸς ἀνδρὸς ἀνοσιωτάτου ξένου, 790
ὃς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν οὔτε τοὺς ἄνω
δείσας δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον,
κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί,
ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων·
τυχὼν δ' ὅσων δεῖ καὶ λαβὼν προμηθίαν, 795
ἔκτεινε, τύμβου δ', εἰ κτανεῖν ἐβούλετο,
οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλ' ἀφῆκε πόντιον.

ἐμοὶ ἔκτεινε exegesin contineant eorum, quae praecedunt, δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον: de quo genere loquendi obiter monuimus ad Med. v. 384. et explicabimus infra ad v. 1024. At omitti non potuit nomen Polydori, quem occidisse dicitur hospes. Quare ante v. 796. excidisse statuit V. D. versum, qui illud nomen contineret. Sequutus est L. Dindorfius: mihi quum cetera parum gravia argumenta videntur, ut illi versus tanquam capitali iudicio damnentur, tum illud longe durissimum, non acquiescere in ea re, sed, ut ab omni parte haec ratio satisfaciat, novum neglecti a librariis genuini versus crimen confingere. Certe ego, quamvis aegre desiderans articulum ad πρῶτα, tamen omissionem illius cum Graeci sermonis indole facilius crediderim conciliari posse quam cum iudicii prudentia eam, quam dixi, expediendae difficultatis rationem. Enimvero aliam ingredi viam licet, quae nescio an aliis duriuscula, mihi non inepta videtur. Etenim tam crebro recurrunt hoc loco vocabula, quibus quid acceperit Polymestor indicatur, ut, quamvis legitima illis structura genitivi sit, tamen non mirer eum, qui scripserit τυχών, posuisse accusativum πρῶτα, qui referretur ad id, quod animo cogitaret, λαβών, quod quidem ipsum posuit v. 795. Video quae contra dici possint: scilicet ut concedatur eiusmodi constructio πρὸς τὸ νοούμενον, tamen durum videbitur, quod, quum πρῶτα dixisset poeta, nihilominus redierit ad id verbum, quocum hic casus conciliari nequeat. Sed tantam animadverti veterum scriptorum in hoc genere licentiam, quo qui recentiorum linguarum ad grammaticae praecepta exactae accurationi se assuefecerit haud facile aspiret. Iam ξενίας ἀριθμῷ recte in Scholiis exponitur ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν φίλων [ξένων] μου. Denique λαβὼν προμηθίαν in hac sententiarum comprehensione vix aliter interpreteris, nisi hoc modo: quum magna cura observantiaque cultus sit a nobis. [An verba sic accipienda: τυχὼν ὅσων δεῖ εἰς τὸν παρόντα χρόνον, καὶ εἰς τὸν ἐσόμενον εὑρὼν ἡμᾶς προμηθευομένους? F. I.]

v. 796. τύμβου δ' – οὐκ ἠξίωσεν] Brevis et concisa dictio,

ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως·
ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὠ κείνων κρατῶν
νόμος· νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα, 800
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι·
ὃς ἐς σ' ἀνελθὼν εἰ διαφθαρήσεται,
καὶ μὴ δίκην δώσουσιν οἵτινες ξένους
κτείνουσιν ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον. 805
ταῦτ' οὖν ἐν αἰσχρῷ θέμενος, αἰδέσθητί με,
οἴκτειρον ἡμᾶς, ὡς γραφεύς τ' ἀποσταθεὶς
ἰδοῦ με κἀνάθρησον οἷ' ἔχω κακά.
τύραννος ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν,
εὔπαις ποτ' οὖσα, νῦν δὲ γραῦς ἄπαις θ' ἅμα, 810
ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.

v. 818. Elmsleius ad Soph. Oed. T. 1389. suspicatur scribendum ἵν' ἦν ποτε: de qua constructione vid. Matth. Gr. §. 519. Potuit sic loqui Euripides, immo debuit, si hoc diceret, quod eventurum erat, si facerent homines, quod non faciebant. Nunc simpliciter indicat quale in eloquentiae studio consilium sequi dequam sic fere plenam reddideris: τύμβον δ', εἰ κτανεῖν ἐβούλετο, οὐ δέον ἀποστερῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν.

v. 798. ἴσως] Recepta in urbanum modestumque Atticorum sermonem vox, etiamsi nihil aut ipse dubites aut alios dubitare velis. V. Buttm. ad Soph. Phil. 180.

v. 799. Respexit nobilissimam Pindari sententiam, νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων, de qua consulendus Boeckh. T. II. P. II. p. 640. Intelligitur autem 'lex naturae sive ordo rerum fatalis, cui ipsi etiam dii obnoxii. Cf. Aesch. Prom. 525 seqq. Ex eadem suprema lege omnis suspensa est religio ac sanctimonia deorum; ad eandem referuntur, quibus vita humana continetur, iusti iniustique discrimina. – Grammaticam rationem verborum τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα post alios explicuit Stallb. ad Plat. Euthyphr. p. 13 seq. Plene enim dictum oportuit τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα εἶναι θεούς. Similis locus in Helena v. 928. τὰ θεῖ' ἡγουμένη.

[v. 802. ὃς refer. ad praecedens νόμος (v. 800). Iunge: εἰ δὲ οὗτος (ὁ νόμος) ἀνελθὼν εἰς σὲ διαφθαρήσεται, – οὐκ ἔστιν – ἴσον. V. C. Fr. R.]

v. 807. ὡς γραφεύς τ' ἀποσταθείς] Illustravit haec Schaeferus duobus Luciani locis, T. I. p. 702. ταῦτ' οὖν ξυνεπιστάμενοι αὑτοῖς μισοῦσι καὶ ἐπιβουλεύουσιν, εἴ τις ἀποστὰς ἀκριβῶς κατανενοηκὼς αὐτοὺς ἐκτραγῳδήσει καὶ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖ. T. II. p. 491. ἣν μὲν πάνυ ἐγγύθεν σκοπῶμέν τι καὶ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, οὐδὲν ἀκριβὲς διαγινώσκομεν· ἣν δὲ ἀποστάντες ἐκ τοῦ συμμέτρου διαστήματος ἴδωμεν, ἅπαντα σαφῶς καταφαίνεται τὰ εὖ καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα.

v. 810. εὔπαις ποτ' οὖσα] Exspectabas ἦν, sed participium posuit defugiens, ut opinor, similitudinem structurae illius verbo-

οἴμοι τάλαινα, ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα;
ἔοικα πράξειν οὐδέν· ὦ τάλαιν' ἐγώ.
τί δῆτα θνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα
μοχθοῦμεν ὡς χρὴ πάντα καὶ μαστεύομεν, 815
πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην
οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν
μισθοὺς διδόντες μανθάνειν, ἵν' ᾖ ποτε
πείθειν ἅ τις βούλοιτο τυγχάνειν θ' ἅμα;
πῶς οὖν ἔτ' ἄν τις ἐλπίσαι πράξειν καλῶς; 820
οἱ μὲν τοσοῦτοι παῖδες οὐκέτ' εἰσί μοι,
αὐτὴ δ' ἐπ' αἰσχροῖς αἰχμάλωτος οἴχομαι·
καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ.
καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε,
Κύπριν προβάλλειν· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται· 825

ceat. Rem liquido diiudices paullulum immutatis poetae verbis. In Elsmleii lectione hic sensus est: πειθὼ δὲ – οὐδέν τι μᾶλλον – σπουδάζομεν – μανθάνειν, ἣν ἔδει μανθάνειν, ἵν' ἦν ποτε etc. in vulgata: ἣν δεῖ μανθάνειν, ἵν' ᾖ et quae sequuntur.

rum, quae est in praecedente versu. Vim tamen ac significationem verbi finiti illud participium habet, propterea quod cogitationi adhuc inhaeret, quod praecesserat, ἦν: quo quidem assumpto nascitur illa formula circumscriptionis, de qua exposui ad v. 1179. Participium vero et imperfectum eiusdem verbi si quis parum eleganter coniungi existimat, reputet velim magnam molestiae partem removeri et fallere quodammodo lectorem ac multo magis qui audiret tantum, quod illa non ad aures accidit similitudo ac cognatio, sed subaudiendum est ἦν.

v. 812. ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα;] Fraudem facit similitudo loci Sophoclei Oed. Col. 113. Σιγήσομαί τε καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα κρύψον: qui quidem posset comparari, si sensus esset is, quem tribuit Euripidis verbis Porsonus: Quo meum pedem subducis, i. e. quo me cogis te sequi? Quae explicatio neminem fugit quam sit contorta ac longe quaesita. ὑπεξάγειν πόδα dixisse videtur Euripides pro vulgari φεύγειν, cui accusativus ex more adiungitur, ut aliis similibus. Lucian. Tox. §. 36. ὑποχωροῦμεν ἐπιόντας. Demosth. adv. Androt. §. 76. p. 617. R. εἰςφέρων δ' ἐκ τῶν ἰδίων οὐδένα πώποτε κίνδυνον ὑπὲρ δόξης ἐξέστη. Musonius Stobaei Floril. Vol. II. p. 16. τὰ μὲν ἀληθῶς κακὰ πάσῃ μηχανῇ ἐκτρέπεσθαι. Conf. Lobeck. ad Soph. Ai. 82. p. 231.

v. 817. Iunge ἐς τέλος μανθάνειν, perfecte, consummate discere. Iph. A. 161. θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδείς.

v. 820. ἐλπίσαι] „Hanc formam poetis Atticis non inusitatam esse docuit Schaefer. melet. cr. p. 85. Erfurdt. ad Soph. Antig. 410. ed. min. et Add. Adde ἀποπτύσαιεν Eurip. Helen. 75." *Matthiae.*

v. 822. ἐπ' αἰσχροῖς] ita ut indigna pristina fortuna patienda sint. Iph. A. 29. οὐκ ἐπὶ πᾶσίν

πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται
ἡ φοιβάς, ἣν καλοῦσι Κασάνδραν Φρύγες.
ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ,
ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή, κείνης δ' ἐγώ; 830
[ἐκ τοῦ σκότου γὰρ τῶν τε νυκτέρων πάνυ
φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις.]
ἄκουε δή νυν· τὸν θανόντα τόνδ' ὁρᾷς;
τοῦτον καλῶς δρῶν ὄντα κηδεστὴν σέθεν
δράσεις. ἑνός μοι μῦθος ἐνδεὴς ἔτι. 835
εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι

v. 831, 32. Ut edidimus in plerisque codd. hic locus scribitur. Aldus vero haec habet: *ἐκ τοῦ σκότους γὰρ νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων Φίλτρων ὁμοῦ τε τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις*. in qua lectione, ne dicam parum eleganter repetitam vocem *ἀσπασμάτων*, *ὁμοῦ τε* sensu caret: pro quo quod reponendum coniecerunt Reiskius et Tyrwhittus (cuius coniecturas in Euripidem adiectas videas Lipsiensi editioni Hippolyti a Valckenaerio illustrati) *ὁμοῦται*, vereor, ut in Attica scena unquam auditum sit. Codicum quoque *σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς, Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς*.

v. 828. *εὐφρόνας*] dixit per euphemismum, ut Troad. 660. *Καίτοι λέγουσιν, ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ Τὸ δυςμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος*. Quae sequuntur, *ἢ τῶν ἐν εὐνῇ* etc., eorum haec est sententia: aut quomodo aliquem gratiae fructum ac mercedem ex consuetudine tecum inita filia mea capiet et propter illam ego?

v. 831, 32. Vocem *πάνυ*, etsi rariorem, tamen haud inusitatam Tragicis fuisse docuit Porsonus. Sed illud non docuit, quo sensu dicatur *τῶν νυκτέρων πάνυ φίλτρων*: eo enim loco positum est *πάνυ*, ut alio trahi non possit. Matthiaeo *φίλτρων* quoque displicuit, sed, ut equidem arbitror, iniuria. Recte enim ipsum etiam concubitum hac voce significare licet, quatenus vim habet conciliandi augendique amoris.

v. 836. *εἴ*, utinam. Soph. Oed. T. 863. *εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων*. Eur. Suppl. 620. *ποτανὰν εἴ μέ τις θεῶν κτίσαι*. Helen. 1498. *δι' ἀέρος εἰ ποτανοὶ γενοίμεσθα Λίβυες οἰωνοί*. Citavit nostrum locum propter significationem illam paullo rariorem Etym. M. p. 26, 50. Cf. Blomfield. ad Aesch. Sept. 563. Vota ipsa Hecubae concepta dixerim ad similitudinem quarundam loquutionum, quae proverbiorum instar usurpantur; velut in iureiurando Amphictyonum apud Aeschinem de falsa legat. §. 115. *τιμωρήσειν καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ φωνῇ καὶ πάσῃ δυνάμει*. Conf. adv. Ctesiph. §. 109. Ex eadem oratione §. 157. opportune contulit Boissonadius cum v. 840. *κλάοντ', ἐπισκήπτοντα παντοίους λόγους*. Peropportune autem in his votis meminit Daedali, de cuius admirabili in fingendis signis artificio Diodorus Siculus IV. 76. *Κατὰ δὲ τὴν τῶν ἀγαλμάτων κατασκευὴν τοσούτῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων διήνεγκεν, ὥστε τοὺς μετα-*

καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι καὶ ποδῶν βάσει
ἢ Δαιδάλου τέχναισιν ἢ θεῶν τινος,
ὡς πάνθ' ὁμαρτῇ σῶν ἔχοιτο γουνάτων
κλαίοντ', ἐπισκήπτοντα παντοίους λόγους. 840
ὦ δέσποτ', ὦ μέγιστον Ἕλλησιν φάος,
πιθοῦ, πάρασχε χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι
τιμωρόν, εἰ καὶ μηδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως.
ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ' ὑπηρετεῖν
καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί. 845

ΧΟΡΟΣ.

δεινόν γε, θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπίτνει,

lectio laborat, ut monui in annotatione. Tolerabilem effici sententiam, conflata cum illa Aldina lectione: *ἐκ τοῦ σκότου γὰρ νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων Φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις*, censet Matthiaeus. Idem tamen potius a mala manu invectos hos versus arbitratur, idque et mihi probabile visum.

v. 837. *κόμαισι* haud scio an rectius omisisset poeta; sed in codicum, Etym. M. 26, 54. et Tzetzis Chil. I. 515. consensu tentari non debuerat a Musgravio, qui primo *κόραισι*, deinde *κνήμαισι* coniecit, bene refutatus a Porsono.

*γενεστέρους μυθολογῆσαι περὶ αὐτοῦ, διότι τὰ κατασκευαζόμενα τῶν ἀγαλμάτων ὁμοιότατα τοῖς ἐμψύχοις ὑπάρχειν· βλέπειν τε γὰρ αὐτὰ καὶ περιπατεῖν καὶ καθόλου τηρεῖν τὴν τοῦ ὅλου σώματος διάθεσιν· ὥστε δοκεῖν τὸ κατασκευασθὲν ἔμψυχον ζῶον.*

v. 839. *σῶν ἔχοιτο γουνάτων*] Noster Bacch. 197. *ἀλλ' ἐμῆς ἔχου χερός.* Cf. Matth. Gr. §. 330.

v. 842. „*πάρασχε* Ald. et MSS., quod temere barbarum vocat Brunckius, cum sit analogiae regulis consentaneum. Non valde usitatum esse fateor; occurrit tamen *κάτασχε* in Herc. Fur. 1211. Sed vide ad Orest. 1330. Infra 889 (895) *ἐπίσχ'* Aug. 3." *Porson.* Cf. Iacobs. ad Achill. Tat. IV. p. 729 seq.

v. 846-849. Vexavit hic locus interpretes et veteres et recentiores, neque ausim affirmare magis me perspicacem fuisse. Sed videamus, quid rei agatur. Duplex est quaestio, ad quam respondendum sit: primum quid sit hoc loco *ἀνάγκη*; deinde quo pacto ea legibus subiecta atque obnoxia dicatur. Igitur *ἀνάγκη* necessitudinem sive amicitiam, quod opinabatur Musgravius, nunquam significat: qua de re, ne actum agam, vide quae circumspecte disputavit Matthiaeus. Semper illud vocabulum significat necessitatem; sed ea multis modis dicitur, ut qualis quoque loco sit aliunde intelligendum sit, et quidem ex eo, in quo sit causa necessitatis. Ac singula quaeque complecti et longum est neque huius loci; sed unum est genus necessitatis, quae nascitur ex quadam rerum ac fortunae conditione, cui tantam vim tribuas, ut superari non posse videatur. Sic, ut utar exemplo, nemo unquam credidit fore, ut acerrimum illud inveteratumque Graecorum in Persas odium oblitteraretur, sed videbantur quadam *ἀνάγκῃ* illae mutuis ex iniuriis ortae irae ac contentiones inter utrumque populum vi-

καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν,
φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους,
ἐχθρούς τε τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ποιούμενοι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐγὼ σὲ καὶ σὸν παῖδα καὶ τύχας σέθεν, 850
Ἑκάβη, δι' οἶκτον χεῖρά θ' ἱκεσίαν ἔχω,
καὶ βούλομαι θεῶν θ' οὕνεκ' ἀνόσιον ξένον
καὶ τοῦ δικαίου τήνδε σοι δοῦναι δίκην,
εἴ πως φανείη γ' ὥστε σοί τ' ἔχειν καλῶς,
στρατῷ τε μὴ δόξαιμι Κασάνδρας χάριν 855
Θρῄκης ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον.
ἔστιν γὰρ ᾗ ταραγμὸς ἐμπέπτωκέ μοι·
τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλιον ἡγεῖται στρατός,
τὸν κατθανόντα δ' ἐχθρόν· εἰ δὲ σοὶ φίλος
ὅδ' ἐστί, χωρὶς τοῦτο κοὐ κοινὸν στρατῷ. 860

v. 847. Mire Huschkius ad Tibull. III. 3, 22. scribendum putat τᾶς Ἀνάγκας οἱ νόμοι, intolerabili in Attico poeta Dorismo.
v. 848. Elmleius ad Iph. T. 199. p. 212. Lips. praefert τούς τε πολεμιωτάτους ex Aug. b.
v. 850. Matthiaeus ex paucis codd. recepit ἔγωγε, quod σέ iam inesset in τύχας σέθεν. Possunt tamen illa etiam iunctim commemorari.

gere. Sed tamen ea inciderunt tempora, quibus de consanguinei populi exitio cum alienigenis et hostibus consentirent Lacedaemonii. Neque minus incredibile visum est, communi consilio, qui debebant esse inter se inimicissimi, Agamemnonem et Hecubam ultum ituros scelus Polymestoris, hominis sanctissimo hospitii iure cum Troianis coniuncti. Sed hac etiam ἀνάγκη maior fuit vis atque auctoritas legum (id erat enim alterum ex duobus, de quibus explicandum erat): quas qui migraverit, adversus eum fas est, tanquam adversus crudelissimam pestem generis humani, sepositis inimicitiis, conjungere opes suas, quibuscunque pietas ac iustitia curae cordique est. In eandem sententiam praeclara scripsit Fr. dr. Schillerus nostras in Morte Wallensteinii Act. I. Sc. VI. de fide, cuius violatoribus bellum ab universo genere humano perpetuum indictum esse, idque tanto omnium consensu capessi, ut ceterae aliquantisper discordiae conquiescant. Sed, explicata sententia, restat, ut verborum adiiciamus interpretationem, quae talis est: „mirum quam nihil non accidat hominibus, neque res eae, quae adstringere eos vi necessitatis videantur, quatenus valeant, aliunde pendet quam a legibus, quae et amicitiam cum inimicissimis iungunt et inimicos ex benevolis faciunt." Didymus ap. Schol. quum quo sensu poeta τὰς ἀνάγκας posuisset non intelligeret, haud iniuria mirabatur necessitate fatali, qua nihil maius cogitari poterat, graviorem dici legum vim: οὐ μᾶλλον ὤφειλεν εἰπεῖν, ὅτι τοὺς νόμους αἱ ἀνά-

πρὸς ταῦτα φρόντιζ᾽· ὡς θέλοντα μέν μ᾽ ἔχεις
σοὶ ξυμπονῆσαι καὶ ταχὺν προσαρκέσαι,
βραδὺν δ᾽, Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι.

ΕΚΑΒΗ.

φεῦ·
οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἔστ᾽ ἐλεύθερος·
ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν ἢ τύχης, 865
ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεος ἢ νόμων γραφαὶ
εἴργουσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.
ἐπεὶ δὲ ταρβεῖς τῷ τ᾽ ὄχλῳ πλέον νέμεις,
ἐγώ σε θήσω τοῦδ᾽ ἐλεύθερον φόβου.
ξύνισθι μὲν γάρ, ἤν τι βουλεύσω κακὸν 870
τῷ τόνδ᾽ ἀποκτείναντι, συνδράσῃς δὲ μή.
ἢν δ᾽ ἐξ Ἀχαιῶν θόρυβος ἢ ᾽πικουρία
πάσχοντος ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἷα πείσεται

v. 859. Elmsleius ad Soph. Oed. T. 376. et ad Eurip. Iph. T. 203. corrigit εἰ δ᾽ ἐμοὶ φίλος ὅδ᾽ ἐστί. Sed fallitur V. D. Nolebat Agamemno suas quasdam partes in ulciscendo Polymestore videri, ne id Cassandrae amori tribuisse existimaretur. Quare nec illud coram exercitu commemorare potuit, sibi carum esse Polydorum: in quo perspicua fuisset ea causa, quod esset frater Cassandrae. Hecubae autem iniuriis, verebatur, ne non commoveretur exercitus.

γκαι διορίζουσιν; καὶ γὰρ ἀνάγκαι καὶ τῶν νόμων ἐπικρατέστεραι, οὐχ οἱ νόμοι τῶν ἀναγκῶν.

v. 851. δι᾽ οἶκτον — ἔχω] i. e. οἰκτείρω. Suppl. 194. δι᾽ οἶκτον τὰς ἐμὰς λαβεῖν τύχας. Iph. T. 683. ταῦτ᾽ οὖν φοβοῦμαι καὶ δι᾽ αἰσχύνης ἔχω. Conf. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 183.

v. 854. Particula τε non quo debebat loco posita est. Aut enim dicendum erat εἴ πως φανείη γ᾽ ὥςτε σοί τ᾽ ἔχειν καλῶς, ἐμέ τε στρατῷ μὴ δόξαι etc., aut εἴ πως φανείη θ᾽ ὥςτε σοὶ ἔχειν καλῶς, στρατῷ τε μὴ δόξαιμι et quae sequuntur. Sed eiusmodi haud rara etiam in optimis scriptoribus negligentia est, dum magis sententias totas et earum coniunctionem quam singulorum verborum rationem cogitant.

v. 863. Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι] si in Graecorum invidiam incidam. Heracl. 421. συνεξεύρισχ᾽ ὅπως Αὐτοί τε σωθήσεσθε καὶ πέδον τόδε, Κἀγὼ πολίταις μὴ διαβληθήσομαι. Sophocl. Phil. 582. μή με διαβάλῃς στρατῷ λέγονθ᾽ ἃ μὴ δεῖ.

v. 867. μὴ post verbum εἴργειν abundat. Thucyd. III. 6. καὶ τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι τοὺς Μυτιληναίους. V. Herm. ad Vig. p. 810 seq.

v. 873. πάσχοντος — οἷα πείσεται] Ita loquuntur qui rei gravis aut male ominatae mentionem declinant. Helena in Orest. 78. ἐπεὶ πρὸς Ἴλιον Ἔπλευσ᾽ ὅπως ἔπλευσα θεομανεῖ πότμῳ. Ibid. 660. ἐμοῦ πράσσοντος ὡς πράσσω τανῦν. V. Blomfield. gl. ad Aesch. Agam. 66.

*φανῇ τις, εἴργε μὴ δοκῶν ἐμὴν χάριν.*
*τὰ δ᾽ ἄλλα θάρσει· πάντ᾽ ἐγὼ θήσω καλῶς.* 875

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

*πῶς οὖν; τί δράσεις; πότερα φάσγανον χερὶ*
*λαβοῦσα γραίᾳ φῶτα βάρβαρον κτενεῖς,*
*ἢ φαρμάκοισιν, ἢ 'πικουρίᾳ τίνι;*
*τίς σοι ξυνέσται χείρ; πόθεν κτήσει φίλους;*

ΕΚΑΒΗ.

*στέγαι κεκεύθασ᾽ αἵδε Τρῳάδων ὄχλον.* 880

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

*τὰς αἰχμαλώτους εἶπας, Ἑλλήνων ἄγραν;*

ΕΚΑΒΗ.

*ξὺν ταῖσδε τὸν ἐμὸν φονέα τιμωρήσομαι.*

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

*καὶ πῶς γυναιξὶν ἀρσένων ἔσται κράτος;*

ΕΚΑΒΗ.

*δεινὸν τὸ πλῆθος, ξὺν δόλῳ τε δύσμαχον.*

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

*δεινόν· τὸ μέντοι θῆλυ μέμφομαι γένος.* 885

v. 891. Elmsleio ad Iph. T. 96. p. 207. Lips. placet *ἄνασσα πρίν ποτ᾽*. Matthiaeus, quod non videtur abesse posse vel articulus vel participium (ut supra v. 484.), coniecit *ἄνασσά γ᾽ ἤ ποτ᾽*. Mihi eius vocabuli, quod requirit, vices sustinere videtur genitivus *Ἰλίου*.

v. 901. Elmsleio ad Heracl. v. 7. sic distinguendum videtur:

v. 874. *μὴ δοκῶν*] scil. *εἴργειν*, dissimulans mea gratia te eos arcere. Med. 67. *Ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν.* Iph. T. 966. *Ἤλγουν δὲ σιγῇ, κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι.*

v. 875. *πάντ᾽ ἐγὼ θήσω καλῶς*] Recte omnia instituam ac perficiam, ut nihil inde incommodi tibi nascatur. Discernenda ab hac formula, cuius apud Euripidem alia exstant exempla in Or. 1664. Hipp. 521. El. 648. Iph. A. 401., illa, quam ad Med. 896. illustravit Elmsleius, quocum coniungas Wyttenb. ad Plut. T. I. p. 406. et Blomf. ad Aesch. Pers. 234. gloss. ad Agam. 31. *εὖ* vel *καλῶς τίθεσθαί τι*, in qua propriam medii significationem ubique agnoscas licet, ut dicatur de iis, quae quis ad rem suam pertinentia bene administret ac componat.

v. 876. Hipp. 598. *πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ᾽ ἀμήχανα;* Med. 1373. *πῶς οὖν; τί δράσω;*

v. 882. *φονέα* hoc loco, itemque El. v. 599. 763. ultimam syllabam brevem habet. Qua de re quos laudat Matth. Gr. §. 83. not. 3. iis adde Meinekium ad Philem. fragm. p. 387.

v. 887. *ἄρδην*, funditus.

ΕΚΑΒΗ.

τί δ'; οὐ γυναῖκες εἷλον Αἰγύπτου τέκνα,
καὶ Λῆμνον ἄρδην ἀρσένων ἐξῴκισαν;
ἀλλ' ὣς γενέσθαι· τόνδε μὲν μέθες λόγον·
πέμψον δέ μοι τήνδ' ἀσφαλῶς διὰ στρατοῦ
γυναῖκα. καὶ σύ, Θρῃκὶ πλαθεῖσα ξένῳ, 890
λέξον, καλεῖ σ' ἄνασσα δήποτ' Ἰλίου
Ἑκάβη, σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος,
καὶ παῖδας· ὡς δεῖ καὶ τέκν' εἰδέναι λόγους
τοὺς ἐξ ἐκείνης. τὸν δὲ τῆς νεοσφαγοῦς
Πολυξένης ἐπίσχες, Ἀγάμεμνον, τάφον, 895
ὡς τώδ' ἀδελφὼ πλησίον μιᾷ φλογί,
δισσὴ μέριμνα μητρί, κρυφθῆτον χθονί.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔσται τάδ' οὕτω· καὶ γὰρ εἰ μὲν ἦν στρατῷ
πλοῦς, οὐκ ἂν εἶχον τήνδε σοι δοῦναι χάριν·
νῦν δ', οὐ γὰρ ἵησ' οὐρίους πνοὰς θεός, 900
μένειν ἀνάγκη πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον.
γένοιτο δ' εὖ πως· πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε,
ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ καὶ πόλει, τὸν μὲν κακὸν
κακόν τι πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν.

*Μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας, ἥσυχον.* Sane illud rectissime vidit *ἥσυχον* non esse cum *πλοῦν*, sed cum verbo *μένειν* coniungendum. Sed hoc loco adverbialiter capiendum est: neque enim praecedenti plurali *ὁρῶντας*, qui referretur ad vocabulum *στρατῷ* (cf. ad v. 39.), statim subiicere licuit adiectivi singularem ad idem substantivum referendum.

Phoen. 1614. *τί μ' ἄρδην ὧδ' ἀποκτείνεις, Κρέον;* Conf. Ion. 1274. Plato de rep. IV. p. 421. A. *φύλακες δὲ νόμων τε καὶ πόλεως μὴ ὄντες ἀλλὰ δοκοῦντες ὁρᾷς δὴ ὅτι πᾶσαν ἄρδην πόλιν ἀπολλύασι.* Adde Isocrat. 19. de permut. §. 160. et al.

v. 888. *ἀλλ' ὣς γενέσθαι*] Praetuli hanc lectionem, quod, quomodo depravari in alteram *γενέσθω* potuerit, facilius perspicitur. Plane eadem ratione dixit Iph. T. 603. *ἀλλ' ὣς γενέσθαι, τῷδε μὲν δέλτον δίδου.* Cf. Troad. 721. Matthiaei Gr. §. 546. p. 1072.

v. 892. *χρέος*] eodem modo dicitur, ut alibi *χάριν*. Conf. supra v. 874. Sophocl. Trach. 485. *Κείνου τε καὶ σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν.* Vid. Hermann. ad Vig. p. 701.

v. 901. *πλοῦν ὁρῶντας*] navigandi opportunitatem speculantes, secundos facilesque ventos exspectantes. Plato de Legg. IX. p. 866. C. *ἐὰν δὲ ἄκων ἔλθῃ, ἣν μὲν κατὰ θάλατταν ἐκπίπτῃ πρὸς τὴν χώραν, σκηνησάμενος ἐν θαλάττῃ τέγγων τοὺς πόδας πλοῦν ἐπιφυλαττέτω.*

## ΧΟΡΟΣ.

(στρ. α΄.)

σὺ μέν, ὦ πατρὶς Ἰλιάς, 905
τῶν ἀπορθήτων πόλις οὐκέτι λέξει·
τοῖον Ἑλλάνων νέφος ἀμφί σε κρύπτει
δορὶ δὴ δορὶ πέρσαν.

v. 905 seqq. Tametsi multa erant, quae excisae patriae Troianas mulieres admonerent neque refrigescere luctum ac desiderium paterentur; tamen nullum maius praesentis fortunae documentum reperiebatur, quam quod ipsi reginae longe gravissimam malorum partem exhauriendam videbant. Sed quum sua sponte maerorem captivis tristitiamque iniiceret miserrima urbis clades, tum illa mirum in modum excruciabat augebatque animi dolorem cogitatio, quotiescunque quanta ex laetitia securis ac vino epulisque dissolutis illa supervenisset calamitas reminiscerentur. Idque, ut erat ad commovendos miseratione animos vel maxime idoneus, praeclare intellexit Euripides, neque magis caedem terroremque et incendia exsultantium in capta urbe hostium quam iucundam amoto belli metu civium quietem descripsit. Quarum rerum memoria facit, ut acriore in tot malorum auctores odio chorus incitetur, et, qui tanta spe salutis eum deiecerant, Paridem et Helenam diris devoveat. — Sed, ut ad metrum huius carminis veniamus, systema est versuum Glyconeorum, sed id ex more Euripidis paullo liberius compositum et ut primitiva forma versus Glyconei nusquam appareat. Nam pro basi aut anacrusis est, ut v. 911., aut duae breves, ut v. 905. 909. 910. et in fine versus adiecta est thesis mono-

v. 906. λέξει·] Passive, ut apud Soph. Oed. Col. 1186. ἃ μή σοι ξυμφέροντα λέξεται. Nostri Alc. 322. ἀλλ' αὐτίκ' ἐν τοῖς οὐκέτ' οὖσι λέξομαι, et semper apud Tragicos, monente Porsono ad Hecub. 279. Quanquam, si Schaeferum audias Appar. ad Demosth. T. I. p. 500., genuina haec est simplicium passivi futurorum forma, et falluntur, si qui aut hoc aut alia eiusdem generis futura medii esse existimant.

v. 907. τοῖον Ἑλλάνων νέφος] De sententiarum copulandarum ratione monitum est ad Med. v. 718. Andr. 1073. οὐκ ἔστι σοι παῖς παιδός, ὡς μάθῃς, γέρον Πηλεῦ· τοιάσδε φασγάνων πληγὰς ἔχει. Νέφος de multitudine posuit Homerus Il. δ. 274. ἅμα δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν. cf. π. 66. ρ. 243. Eurip. Phoen. 257. Iacobs. ad Anthol. Gr. I. 1. p. 233.

v. 911. αἴθαλος, ut h. l., pro substantivo posuit Lycophr. 55. et Semus Delius ap. Athen. XIV. p. 622. D. ut ex H. Stephani Thes. I. p. 150. B. monuit Matthiaeus.

v. 913. οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω.] El. 595. 1250. ἐμβατεῦσαι πόλιν. Genitivo iunxit Sophocles Oed. T. 825. μήτ' ἐμβατεύειν πατρίδος, ubi v. Brunck.

v. 914. μεσονύκτιος] Idem tempus designavit parvae Iliadis scriptor apud Schol. Νὺξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη, unde collegerunt captam urbem ὀγδόῃ φθίνοντος: mense autem Thargelione eam rem evenisse praeter Callisthenem, quem laudat Schol., memoriae prodiderunt Ephorus, Damastes et Phylarchus, teste Plutarcho V. Camill. c. 19. cf. Dionys. Hal. A. R. I. 63. ibiq. Casaub. Virgilius Aen. II. 277. Tem-

ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι 910
πύργων, κατὰ δ' αἰθάλου
κηλῖδ' οἰκτροτάταν κέχρωσαι,
τάλαιν', οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω.
(ἀντιστρ. α'.)
μεσονύκτιος ὠλλύμαν,

syllaba, v. 910. 912. 913. Haec monenda videbantur, antequam formam ipsam stropharum et epodi describerem, quae tales sunt:

στρ. α'.

∪∪ –́ ∪∪ – ∪ –
–́ ∪ – – –́ ∪∪ – ∪∪ – –
–́ ∪ – – –́ ∪∪ – ∪∪ – –
∪∪ –́ ∪∪ – ⏓
∪∪ –́ ∪∪ – ∪ – –
– –́ ∪∪ – ∪ –
×̲ – –́ ∪∪ – ∪ – –
⏓ –́ –́ ∪∪ – ∪ – ⏓

στρ. β'.

∪ –́ ∪ ∪͡∪ ∪ ∪͡∪́ ∪ –
∪ –́ ∪ – ∪ –́ ∪ –
– –́ ∪ – –
– ×̲ ∪ –́ ∪∪ – –́ –
∪∪ –́ ∪∪ – ∪ –́ ∪ – –
∪ ∪͡∪ ∪ ∪͡∪ ∪ ∪͡∪ ∪ –
∪ –́ ∪ – ∪ –́ ∪ – –́ ∪ –
–́ ∪ – – –́ ∪∪ – ∪∪ –
–́ ∪∪ – ∪∪ –
⏓ –́ ∪ – ∪ –́ –

ἐπῳδ.

– –́ ∪ – ∪ –́ ∪∪ – ∪∪ – – –́ ∪ – –
–́ ∪∪ – ∪∪ – ∪ –́ ∪ – ∪ –
–́ ∪ – –́ ∪ – ∪ ⏒
– –́ ∪ – – –́ ∪∪ – ∪∪ – ∪ –́ ∪ – ∪ – ⏓
– –́ ∪ ∪͡∪ ∪ ∪͡∪ ∪ ∪͡∪ ∪ –́ ∪ –
–́ ∪∪ – ∪∪ – ∪ – ⏓

v. 912. οἰκτροτάτα Ald. et pars codd. Sed κηλῖδ' non potest dativus esse, quod ῐ dativi non elidunt Attici. V. Elmsl. ad Heracl. p. 116. Lips. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 340 ss. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 55.

ἦμος ἐκ δείπνων ὕπνος ἡδὺς ἐπ' ὄσσοις 915
κίδναται, μολπᾶν δ' ἄπο καὶ χοροποιῶν
θυσιᾶν καταπαύσας
πόσις ἐν θαλάμοις ἔκειτο,
ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ, 920
ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον
Τροίαν Ἰλιάδ' ἐμβεβῶτα.

(στρ. β').

ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις
μίτραισιν ἐρρυθμιζόμαν
χρυσέων ἐνόπτρων 925
λεύσσουσ' ἀτέρμονας εἰς αὐγάς,
ἐπιδέμνιος ὡς πέσοιμ' ἐς εὐνάν.
ἀνὰ δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν·
κέλευσμα δ' ἦν κατ' ἄστυ Τροίας τόδ'· ὦ
παῖδες Ἑλλάνων, πότε δὴ πότε τὰν 930
Ἰλιάδα σκοπιὰν
πέρσαντες ἥξετ' οἴκους;

v. 943. *Διοσκόροιν*] Paris. A. Flor. 10. 21[b]. Vulgo *Διοσκούροιν*. „Phrynichus p. 100. *Διόσκουροι· ὀρθότερον Διόσκοροι. γελάσεις οὖν τοὺς σὺν τῷ υ λέγοντας.* Herodian. Piersoni p. 445. *Οἱ Διόσκουροι σὺν τῷ υ, ὅταν πληθυντικῶς λέγονται· τὼ Διος-*

pus erat, quo prima quies mortalibus aegris Incipit et dono divom gratissima serpit.

v. 915. *ἐκ δείπνων*, peractis conviviis. Sic *ἀπὸ δείπνου* in epistt. Lyncei ap. Athen. III. p. 75. E. cf. Herodot. I. 126. II. 78. VI. 129. et adde annotationem nostram ad v. 55.

v. 917. *μολπᾶν δ' ἄπο*] Praepositio abundat. El. 1108. *νεογνῶν ἐκ τόκων πεπαυμένη.* cf. ad Med. 46. – *καταπαύσας.* Activum pro medio. Hom. Od. δ. 659. *παῦσαν ἀέθλων.* Eurip. Hel. 1336. *ἔπαυσε πόνων.* Ion. 522. *παῦε.* Heracl. 732. *ἔπειγε.* cf. Eubul. ap. Athen. XIV. p. 622. F. Matth. Gr. §. 496, 5.

v. 920. *ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ*] Accipienda haec *διὰ μέσου.* V. ad v. 605. Mox miror Valckenaerium ad Phoen. 321. maluisse *ναυτᾶν*: hoc enim prosae orationis, *ναύταν ὅμιλον* poetarum est. Aeschylus Prom. 425. *Σκύθης ὅμιλος.* Noster Herc. F. 408. *τὸν ἱππευτὰν Ἀμαζόνων στρατόν.* Iph. A. 1059. *θίασος ἱπποβότας Κενταύρων.*

v. 926. *ἀτέρμονας* consensu Schol. et Eustath. ad Il. η. p. 690, 41. explicant *κυκλοτερεῖς*, in quo acquiescendum videtur. *Χρύσεα ἔνοπτρα* commemorat etiam Troad. 1107.

v. 927. *ἐπιδέμνιος – ἐς εὐνάν* posita sunt *ἐκ παραλλήλου*: cuius generis permulta in tragico sermone observantur. Ion. 1441. *ὃν κατὰ γᾶς ἐνέρων χθόνιον μετὰ Περσεφόνας τ' ἐδόκουν ναίειν.* [Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 754. Schwenk ad Aesch. Sept. c. Theb. p. 199.]

(ἀντιστρ. β'.)

λέχη δὲ φίλια μονόπεπλος
λιποῦσα, Δωρὶς ὡς κόρα,
σεμνὰν προσίζουσ' 935
οὐκ ἤνυσ' Ἄρτεμιν ἁ τλάμων·
ἄγομαι δὲ θανόντ' ἰδοῦσ' ἀκοίταν
τὸν ἐμὸν ἅλιον ἐπὶ πέλαγος,
πόλιν τ' ἀποσκοποῦσ', ἐπεὶ νόστιμον
ναῦς ἐκίνησεν πόδα καί μ' ἀπὸ γᾶς 940
ὥρισεν Ἰλιάδος·
τάλαιν', ἀπεῖπον ἄλγει.

(ἐπῳδός.)

τὰν τοῖν Διοσκόροιν Ἑλέναν κάσιν, Ἰδαῖόν τε βούταν
αἰνόπαριν κατάρᾳ διδοῦσ', ἐπεί με γᾶς 945
ἐκ πατρῴας ἀπώλεσεν
ἐξῴκισέν τ' οἴκων γάμος οὐ γάμος, ἀλλ' ἀλάστορός
τις οἰζύς·
ἃν μήτε πέλαγος ἅλιον ἀπαγάγοι πάλιν, 950
μήτε πατρῷον ἵκοιτ' ἐς οἶκον.

κόρω δὲ ἐν τῷ δυϊκῷ ἀριθμῷ ἄνευ τοῦ ν. Cf. Heind. ad Plat. Euthyd. p. 371. Schaefer. ad Gregor. p. 300. In Iphig. Aul. 759. (769.) metrum requirit Διοσκούρων." Matthiae.

v. 948. ἐξῴκισέν τ' reperio apud Porsonum; vulgo ἐξῴκισέ τ', quod revocavit Matthiaeus, contra metrum.

v. 931. τὰν Ἰλιάδα σκοπιάν dixit Troiam, credo, quod esset apud Homerum Ἴλιος ἠνεμόεσσα.

v. 933. De vestitu virginum Doriensium, tenuiore illo et ad priscae aetatis simplicitatem composito, pleraque complexus est Odofr. Müllerus Dor. T. II. p. 263 seqq. Euripidis huc pertinet locus ex Androm. v. 597 ss. προσίζουσ' – Ἄρτεμιν. Noster Fragm. inc. XLII. 2. βωμὸν προσίζει. Helen. 1512. Εὐρώταν ἐφεζόμεναι. Vid. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 249. Quod autem ad Dianae potissimum simulacrum supplices se confugisse memorant, haud scio an Laconicas religiones respexerit poeta, quarum promptum erat meminisse, quod Troadas μονοπέπλους modo comparasset cum virginibus Lacaenis. Cf. Pausan. III. 10. 8.

v. 940. „Navis πόδες erant duo funes, qui ab utraque inferiore veli parte, sive ab angulis veli, exeuntes in navi puppim versus alligabantur." Seidler. ad Iph. T. 1104., quem vide dilucide atque adhibitis scriptorum testimoniis de funibus nauticis disputantem.

v. 948. γάμος οὐ γάμος] quem dicere poterat γάμον ἄγαμον. Vid. ad v. 612. Androm. 103. Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον, ἀλλά τιν' ἄταν ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν. Helen. 1147. τέρας οὐ τέρας.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σύ,
Ἑκάβη, δακρύω σ' εἰσορῶν πόλιν τε σήν,
τήν τ' ἀρτίως θανοῦσαν ἔκγονον σέθεν. 955
φεῦ·
οὐκ ἔστιν οὐδὲν πιστὸν οὔτ' εὐδοξία,
οὔτ' αὖ καλῶς πράσσοντα μὴ πράξειν κακῶς.
φύρουσι δ' αὐτὰ θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω
ταραγμὸν ἐντιθέντες, ὡς ἀγνωσίᾳ
σέβωμεν αὐτούς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ 960
θρηνεῖν προκόπτοντ' οὐδὲν ἐς πρόσθεν κακῶν;
σὺ δ' εἴτι μέμφει τῆς ἐμῆς ἀπουσίας,
σχές· τυγχάνω γὰρ ἐν μέσοις Θρῄκης ὅροις
ἀπών, ὅτ' ἦλθες δεῦρ'· ἐπεὶ δ' ἀφικόμην,
ἤδη πόδ' ἔξω δωμάτων αἴροντί μοι 965
ἐς ταὐτὸν ἥδε συμπίτνει δμωὶς σέθεν
λέγουσα μύθους ὧν κλύων ἀφικόμην.

ΕΚΑΒΗ.

αἰσχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον,
Πολυμῆστορ, ἐν τοιοῖσδε κειμένη κακοῖς.

v. 955. Nonnulli codd. ἔγγονον, male. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 209.
v. 982. Plurimi codd. φίλη μὲν ἡμῖν εἶ σύ, προςφιλὲς δέ

v. 958. φύρουσι] miscent ac perturbant. Plutarch. de Is. et Osir. p. 378. D. φύρειν τὰς περὶ θεῶν δόξας καὶ συνταράττειν ὑποψίαις ἀτόποις. Philo de Lege Spec. p. 809. D. πάντα φύρων καὶ συγχέων, quem locum cum aliis similibus laudat Iacobsius Lectt. Stob. p. 88. not.
v. 961. προκόπτοντ'] nihil promoventem et tanquam ad finem malorum progredientem. Alc. 1079. τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλεις ἀεὶ στένειν. Hipp. 23. τὰ πολλὰ δὲ Πάλαι προκόψασ' οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ. — ἐς πρόσθεν attigit de praepositionum cum adverbiis copulatione agens Lobeck. ad Phryn. p. 48.
v. 970 sq. Participium τυγχάνουσα, si quid constructio verborum postulaverit quaerimus, non recte coniungi potest cum illis αἰδώς μ' ἔχει: requirebatur enim τυγχάνουσαν. Sed quod ipsum per se vitiosum videatur necesse est, culpa vacat propter vim consuetudinis. Etenim latissime patet in Graeca syntaxi illa ratio, ut similis significationis loquutiones inter se permisceantur, neque magis ad id, quod grammatica ratio postulabat, quam quod mente complectuntur, structuram verborum scriptores accommodent. Sic hoc loco nominativum posuit Euripides, plane illum convenientem non cum eo, quod expressit, αἰδώς μ' ἔχει, sed cum illo, quod cogitavit, αἰδοῦμαι. Eiusdem generis est locus Hippolyti, quem

ὅτῳ γὰρ ὤφθην εὐτυχοῦσ᾽, αἰδώς μ᾽ ἔχει 970
ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσ᾽, ἵν᾽ εἰμὶ νῦν,
κοὐκ ἂν δυναίμην προςβλέπειν σ᾽ ὀρθαῖς κόραις.
ἀλλ᾽ αὐτὸ μὴ δύςνοιαν ἡγήσῃ σέθεν,
Πολυμῆστορ· ἄλλως δ᾽ αἴτιόν τι καὶ νόμος
γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον. 975

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

καὶ θαῦμά γ᾽ οὐδέν. ἀλλὰ τίς χρεία σ᾽ ἐμοῦ;
τί χρῆμ᾽ ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;

ΕΚΑΒΗ.

ἴδιον ἐμαυτῆς δή τι πρὸς σὲ βούλομαι
καὶ παῖδας εἰπεῖν σούς· ὀπάονας δέ μοι
χωρὶς κέλευσον τῶνδ᾽ ἀποστῆναι δόμων. 980

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

χωρεῖτ᾽· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἥδ᾽ ἐρημία.
φίλη μὲν εἶ σύ, προςφιλὲς δέ μοι τόδε
στράτευμ᾽ Ἀχαιῶν. ἀλλὰ σημαίνειν σε χρὴ
τί χρὴ τὸν εὖ πράσσοντα μὴ πράσσουσιν εὖ
φίλοις ἐπαρκεῖν· ὡς ἕτοιμός εἰμ᾽ ἐγώ. 985

μοι τόδε. Postremam vocem, neglectam a cod. Flor. 10., deleverunt VV. DD. Ego Matthiaeo assentior, qui ἡμῖν tollendum iudicavit.

ad v. 961. adscripsi; et Cycl. 330. Δοραῖσι θηρῶν σῶμα περιβαλὼν ἐμὸν Καὶ πῦρ ἀναίθων, χιόνος οὐδέν μοι μέλει, quod est idem ac si dixisset οὐδὲν φροντίζω. Lucianus Demosth. encom. §. 1. ἀωρὶ γάρ τοι τῶν νυκτῶν ἐξαναστὰς ἔδοξέ μοι χρῆναι τοῖς Ὁμήρου γενεθλίοις τῆς ποιητικῆς ἀπάρξασθαι. Plura vid. in Matth. Gr. §. 556. not. 3.

v. 972. ὀρθαῖς κόραις] rectis neque perturbatis pudore oculis. Iphig. A. 851. Χαῖρ᾽· οὐ γὰρ ὀρθοῖς ὄμμασίν σ᾽ ἔτ᾽ εἰςορῶ, Ψευδὴς γενομένη καὶ παθοῦσ᾽ ἀνάξια. Similia multa ad Horat. Carm. I. 3, 18. affudit eruditio Bentleii, aliaque ad h. l. notavit Porsonus.

v. 976. καὶ θαῦμά γ᾽ οὐδέν.] Vim particularum καὶ — γε sentiesmecum interpretando: Sunt haec, ut dicis, neque vero ego miror. Soph. Oed. T. 1132. κοὐδέν γε θαῦμα. Cf. v. 993. 1275. Helen. 106. Ion. 340. 1293. Cycl. 178. Aristoph. Ran. 49. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 188. Blomfield. ad Aesch. Pers. 266.

v. 976. τίς χρεία σ᾽ ἐμοῦ;] exemplo Homeri dixit Il. λ. 605. τί δέ σε χρεὼ ἐμεῖο, et alibi. Vide doctam annotationem Porsoni ad Or. 659.

v. 977. τί χρῆμα; quare? Heracl. 633. τί χρῆμα κεῖσαι καὶ κατηφὲς ὄμμ᾽ ἔχεις; cf. Herc. F. 1179.

ΕΚΑΒΗ.

πρῶτον μὲν εἰπὲ παῖδ' ὃν ἐξ ἐμῆς χερὸς
Πολύδωρον ἔκ τε πατρὸς ἐν δόμοις ἔχεις,
εἰ ζῇ· τὰ δ' ἄλλα δεύτερόν σ' ἐρήσομαι.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

μάλιστα· τοὐκείνου μὲν εὐτυχεῖς μέρος.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ φίλταθ', ὡς εὖ κἀξίως σέθεν λέγεις. 990

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

τί δῆτα βούλει δεύτερον μαθεῖν ἐμοῦ;

ΕΚΑΒΗ.

εἰ τῆς τεκούσης τῆσδε μέμνηταί τί μου.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

καὶ δεῦρό γ' ὡς σὲ κρύφιος ἐζήτει μολεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

χρυσὸς δὲ σῶς, ὃν ἦλθεν ἐκ Τροίας ἔχων;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

σῶς, ἐν δόμοις γε τοῖς ἐμοῖς φρουρούμενος. 995

ΕΚΑΒΗ.

σῶσόν νυν αὐτόν, μηδ' ἔρα τῶν πλησίον.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἥκιστ'· ὀναίμην τοῦ παρόντος, ὦ γύναι.

ΕΚΑΒΗ.

οἶσθ' οὖν ἃ λέξαι σοί τε καὶ παισὶν θέλω;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

οὐκ οἶδα· τῷ σῷ τοῦτο σημανεῖς λόγῳ.

ΕΚΑΒΗ.

ἔστω φιληθείς, ὡς σὺ νῦν ἐμοὶ φιλεῖ. 1000

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

τί χρῆμ', ὃ κἀμὲ καὶ τέκν' εἰδέναι χρεών;

ΕΚΑΒΗ.

χρυσοῦ παλαιαὶ Πριαμιδῶν κατώρυχες.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ταῦτ' ἔσθ' ἃ βούλει παιδὶ σημῆναι σέθεν;

v. 989. *τοὐκείνου μέρος*] quantum ad illum attinet. Rhes. 405. Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος. cf. Plat. Criton. p. 45. D. et alibi.

v. 998. *ἃ λέξαι*] Non videbatur congruere *τοῦτο* versu seq., ubi Brunckius scripsit *ταῦτα*. Illud qui intactum reliquit Porsonus, tamen re consentiens

ΕΚΑΒΗ.
μάλιστα, διὰ σοῦ γ'· εἶ γὰρ εὐσεβὴς ἀνήρ.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
τί δῆτα τέκνων τῶνδε δεῖ παρουσίας; 1005
ΕΚΑΒΗ.
ἄμεινον, ἢν σὺ κατθάνῃς, τούσδ' εἰδέναι.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
καλῶς ἔλεξας τῇδε καὶ σοφώτερον.
ΕΚΑΒΗ.
οἶσθ' οὖν Ἀθάνας Ἰλίας ἵνα στέγαι;
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
ἐνταῦθ' ὁ χρυσός ἐστι; σημεῖον δὲ τί;
ΕΚΑΒΗ.
μέλαινα πέτρα γῆς ὑπερτέλλουσ' ἄνω. 1010
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
ἔτ' οὖν τι βούλει τῶν ἐκεῖ φράζειν ἐμοί;
ΕΚΑΒΗ.
σῶσαί σε χρήμαθ' οἷς ξυνεξῆλθον θέλω.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
ποῦ δῆτα, πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ' ἔχεις;
ΕΚΑΒΗ.
σκύλων ἐν ὄχλῳ ταῖσδε σώζεται στέγαις.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
ποῦ δ'; αἵδ' Ἀχαιῶν ναύλοχοι περιπτυχαί. 1015
ΕΚΑΒΗ.
ἴδιαι γυναικῶν αἰχμαλωτίδων στέγαι.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
τἄνδον δὲ πιστά, κἀρσένων ἐρημία;
ΕΚΑΒΗ.
οὐδεὶς Ἀχαιῶν ἔνδον, ἀλλ' ἡμεῖς μόναι.
ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ Ἀργεῖοι νεῶν
λῦσαι ποθοῦσιν οἴκαδ' ἐκ Τροίας πόδα· 1020
ὡς πάντα πράξας ὧν σε δεῖ στείχῃς πάλιν
ξὺν παισὶν οὗπερ τὸν ἐμὸν ᾤκισας γόνον.

cum Brunckio, hoc versu correxit ὅ. Meliora docebit Matth. Gr. §. 475. a.

v. 1021 seq. Egregie Euripides utitur illa ambiguitate verborum, quae, dum securum reddit eum, cui laquei intenduntur, spectatores futurorum gnaros metu ac miseratione percellit. Etenim tametsi qui perfidiam hominis atque

ΧΟΡΟΣ.

οὔπω δέδωκας, ἀλλ' ἴσως δώσεις δίκην·
ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν 1025

v. 1025. πεσών N. Vulgo ἐμπεσών, quod tuetur Matthiaeus, eo usus argumento, quod dochmiaci versus nonnunquam in iambos desinant, coll. Seidl. de verss. dochm. p. 163. Aesch. Eum. 391. 399. cf. supra v. 715. Sed hoc tamen loco illa parum elegans scriptura est propter sequens ἐκπέσῃ.

avaritiam hoc ipso colloquio perspexerit vindictam Polymestoris cupiat, tamen improvidum neque ulla praesidii ac salutis spe ruere in perniciem, nescio quo pacto miserum videtur et crudele, magnamque irae partem detrahit.

v. 1024-1028. Maximam in hac sententia difficultatem obiiciunt verba ἀμέρσας βίον: quae quominus cum illis ἐκπέσῃ φίλας καρδίας coniungam, impedit inepta ac futilis profecto in hac verborum constructione copia orationis. Igitur quin referenda sint ad idem subiectum, quod est in δώσεις, non dubito, eamque ob causam sustuli paene maiorem, quae est post δίκην, interpunctionem. Sed illud nondum decrevi, rectene Brunckius interpretetur qui privasti vita, sc. Polydorum, an alia circumspicienda sit explicatio. Brunckium sequitur Matthiaeus, idemque accusativum βίον similiter positum censet, ut si quis dicat ἀφαιρεῖσθαι vel ἀποστερεῖν τινά τι. Exemplum etiam huius structurae attulit ex Hom. h. in Cer. 311. γεράων ἐρικύδεα τιμὴν καὶ θυσιῶν ἤμερσεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντας. Ad meum tamen sensum nescio quo pacto vehementer frigent haec verba, in extrema praesertim sententia, ubi expleret animum ἀνοσίων ἕκατι τολμημάτων, aut simile quid. Atque haud scio, an ab hoc potius progrediendum sit initio, ut investigemus, qua in re posita sit naufragi atque in importuosa loca eiecti similitudo cum poena Polymestoris. Ea enim res, nisi aliam ineas interpretandi rationem, nusquam apparet: siquidem illud, unde ducitur comparatio, non potest esse poenarum exsolutio, quae cadit sane in Thracum regem, non cadit in illos, quicunque mari obruuntur. At utrique diram et ineluctabilem mortem oppetunt. Itaque ut recte habeat comparatio, aliquid desideratur ad illa δώσεις δίκην, quo peremptum iri Polymestorem indicetur: quod quidem ipsum iam exagitandum est ex aliqua latebra. Duplicem autem viam licet ingrediare. Aut enim, sublata maiori interpunctione, quae est post δίκην, coniunges haec: δώσεις δίκην ἀμέρσας βίον, poenas capite lues. Aoristi participium similiter usurpatum in Iph. T. 443. ἵνα – λαιμοτόμῳ δεσποίνας χερὶ θάνῃ ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους, ubi noli existimare id exoptare chorum, ut poenis nescio quibus ac suppliciis perfuncta ad extremum pereat Helena, sed ut morte obeunda poenas delictorum persolvat. Quanquam est quod me ab illa ratione revocet: non quo medium ἀμερσάμενος requiram, quum dicatur de eo, qui non alium vita spoliaverit, sed sibi ipse auctor pereundi exstiterit: neque enim magis hoc necessarium puto quam quod supra v. 598. pro vulg. φύσιν διέφθειρ' suppeditabat Aug. a. διέφθορ'. Omninoque haec res non est ex praescripto grammaticorum, sed ex consuetudine iudicanda, quae alia est in aliis verbis. Sed illud mihi quidem

*λέχριος ἐκπέσῃ φίλας καρδίας,*
*ἀμέρσας βίον. τὸ γὰρ ὑπέγγυον*
*δίκα καὶ θεοῖσιν οὐ ξυμπίτνει* **1030**

v. 1028. *βίον* e coniectura Hermanni. Edd. et MSS. *βίοτον*, unde Iacobsius Animadv. ad Eurip. p. 8. coniecit *βιότον*, coll. Hesiod. Scut. Herc. 331. Hom. Il. *χ*. 58. Matthiaeus suspicatur *βίοτον· ὃ γὰρ ὑπέγγυον* etc.
v. 1030. *οὐ ξυμπίτνει* edd. et MSS. *οὖ ξυμπιτνεῖ* coni. Musgravius, quod sequuti sunt Br. Pors. Herm.

permolestum est ac mirum affert languorem, quod extremae sententiae tanquam inutile pondus adhaerent ea, quae, ut recte adiungeretur similitudo, praecedere debebant. Quamobrem vereor, ne probabilius sit alterum, ut, relicta distinctione post *δίκην*, v. 1026. corrigas *ἐκπεσεῖ*, quod olim fecerat Hermannus, et suadent duae causae. Primum id liquido scriptum exhibent, nisi quod communem servant dialectum, codices E. F. *ἐκπεσῇ*. Deinde si coniungas *ὥς – ἐκπέσῃ*, est haec apud Homerum frequens in comparationibus usurpatio coniunctivi, sed apud Atticum poetam unum hoc se reperisse exemplum testatur Matth. Gr. §. 521. not. 3. Nunc alia est constructio verborum: *ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας ἀμέρσας βίον, ὥς τις λέχριος πεσὼν εἰς ἀλίμενον ἄντλον*, et totum hoc epexegesis ad superiora illa: *δώσεις δίκην*. Quae ratio loquendi frequens: ne plura, considera haec ex Platonis Protagora p. 348. A. *τοὺς τοιούτους μοι δοκεῖ χρῆναι μᾶλλον μιμεῖσθαι ἐμέ τε καὶ σέ, καταθεμένους τοὺς ποιητὰς αὐτοὺς δι' ἡμῶν αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους τοὺς λόγους ποιεῖσθαι*: ubi cf. Heindorfii annot. In eodem Protagora p. 335. A. *εἰ τοῦτο ἐποίουν, ὃ σὺ κελεύεις, ὡς ὁ ἀντιλέγων ἐκέλευέ με διαλέγεσθαι, οὕτω διελεγόμην, οὐδενὸς ἂν βελτίων ἐφαινόμην.* Adde Eurip. Iph. T. 999. Obiiciat aliquis nimis esse tautologum *ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας ἀμέρσας βίον*: ita quidem Matthiaeo videtur. Non puto: neque quum initio annotationis ineptam dixi istam copiam verborum, illud spectavi, quod idem bis diceretur, sed mihi videbar iure reprehendere posse poetam, qui, quo loco mentionem mortis a Polymestore obeundae fieri necesse erat, ne hilum quidem dixisset, redundaret autem verbis, ubi simplex rei significatio sufficiebat. Quodsi rem diligentius consideres, similia haec sunt sane, quae coniunxit Euripides, sed non eadem. Etenim, nisi fallor, *ἀμέρσας βίον* non est simpliciter qui moriatur, sed qui pessimo mortis genere afficiatur. – Nunc breviter attingam, id quod absolvit interpretationem huius loci, vocab. *λέχριος*, cuius vim facilius assequare, comparato loco Virgilii Aen. I. 104., ubi de Troianorum classe procellis iactata: Franguntur remi; tum prora avertit et undis Dat latus; insequitur cumulo praeruptus aquae mons.

v. 1029. *τὸ γὰρ ὑπέγγυον – κακόν.*] Ratio reddenda est, cur poenas daturum esse Polymestorem verisimile sit. Perquam autem inepta foret ratio, unde vindictae ab homine scelesto sumendae spem chorus conciperet, quod ea, quae essent accommodata iustitiae (*τὸ ὑπέγγυον δίκα*) non solerent malum eventum habere. Atqui talem fere h. l. sententiam sibi visus est reperisse Matth. Illud afferendum erat, haud im-

ὀλέθριον ὀλέθριον κακόν.
ψεύσει σ' ὁδοῦ τῆσδ' ἐλπίς, ἥ σ' ἐπήγαγε
θανάσιμον πρὸς ᾅδαν, ἰὼ τάλας·
ἀπολέμῳ δὲ χειρὶ λείψεις βίον.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὤμοι, τυφλοῦμαι φέγγος ὀμμάτων τάλας. 1035

ΧΟΡΟΣ.

ἠκούσατ' ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἰμωγήν, φίλαι;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὤμοι μάλ' αὖθις, τέκνα, δυστήνου σφαγῆς.

ΧΟΡΟΣ.

φίλαι, πέπρακται καίν' ἔσω δόμων κακά.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε λαιψηρῷ ποδί·
βάλλων γὰρ οἴκων τῶνδ' ἀναῤῥήξω μυχούς. 1040

v. 1033. Vulgo *Ἀΐδαν, ἰὼ τάλας*·] Versus foret dochmiacus cum clausula iambica, ut v. 1025., si producas primam syllabam voc. *Ἀΐδαν*: quod fecisse Simonidem in iambo apud Stob. Floril. Vol. III. p. 247. et Euripidem in versiculo, quem servavit Lucianus Necyom. T. I. p. 456, 14., monuit Porsonus. cf. Erf. et Herm. ad Soph. Antig. 1226. Dimetrum dochmiacum revocavit Kingius nunc fas pietatemque violari, neque negligere deos iustarum poenarum exactionem. Idque ipsum voluisse poetam non dubito. Verte: dirum enim ac perniciabile malum, quod fide et quasi sponsione iustitiae ac deorum cautum est, ne pereat, non fit irritum. Sequor enim Schol., qui *ξυμπίτνει* explicat *ἀφανίζεται, ἀπόλλυται*. Quam verbi huius significationem immerito, credo, in dubitationem vocat Matth. Sententia similis in ea lectione, quam ex coniectura restituit Musgr. *τὸ γὰρ ὑπέγγυον δίκᾳ καὶ θεοῖσιν οὗ ξυμπιτνεῖ, ὀ. ὀ. κ.*; explicat enim: ubi i. e. in quo vel in quem cadit et concurrit, ut ob crimen commissum simul et humanae iustitiae et deorum vindictae sit obnoxius ac velut oppigneratus, illi certissimum exitium imminet. Ac me quidem, ut etiamnum dubitem, an verior sit coniectura Musgravii, potissimum movet repetitio vocis *ὀλέθριον*, quae haud scio an indicio esse debeat hinc, ut fecit Musgravius, incipiendam esse apodosin.

v. 1035. Foedum caedis adspectum subducit poeta oculis spectatorum. Geritur res in tentorio, unde primum lamentabiles voces Polymestoris, oculos suos occaecatos et necem liberorum querentis, mox (v. 1039 s.) erumpere cupientis impetum iactumque exaudiunt. Sed antevertit Hecuba, quae postquam breviter choro quid actum sit exposuit, ipse procedit Polymestor, misere foedatus, nunc deplorans cladem crudelissimam, nunc in iram et ulciscendi cupiditatem exardescens et auxilium suorum Graecorumque et Atridarum exposcens.

ΧΟΡΟΣ.

ἰδού, βαρείας χειρὸς ὁρμᾶται βέλος.
βούλεσθ' ἐπεσπέσωμεν; ὡς ἀκμὴ καλεῖ
Ἑκάβῃ παρεῖναι Τρῳάσιν τε συμμάχους.

ΕΚΑΒΗ.

ἄρασσε, φείδου μηδέν, ἐκβάλλων πύλας·
οὐ γάρ ποτ' ὄμμα λαμπρὸν ἐνθήσεις κόραις, 1045
οὐ παῖδας ὄψει ζῶντας, οὓς ἔκτειν' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῇκα καὶ κρατεῖς ξένου,
δέσποινα, καὶ δέδρακας οἷάπερ λέγεις;

ΕΚΑΒΗ.

ὄψει νιν αὐτίκ' ὄντα δωμάτων πάρος
τυφλόν, τυφλῷ στείχοντα παραφόρῳ ποδί, 1050
παίδων τε δισσῶν σώμαθ', οὓς ἔκτειν' ἐγὼ

scribendo ὦ τάλας e codd. Reg. Soc, quod sequuti sunt Br. et Pors. ἄδαν Gu.

v. 1042. Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cant. ἐπισπέσωμεν. Flor. 33. ἐπισπεύσωμεν. Correxit Barnesius.

v. 1047. Elegans est, nec tamen necessaria, coniectura Hermanni ξένον.

v. 1039. οὔτι μὴ φύγητε, non effugietis. Aoristi enim coniunctivus a particulis οὐ μὴ pendens vim suscipit futuri cum οὐ coniuncti. Noster Cycl. 666. Ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε τῆσδ' ἔξω πέτρας. Aesch. S. c. Th. 267. Οὐ γάρ τι μᾶλλον μὴ φύγῃς τὸ μόρσιμον. cf. Matth. Gr. §. 517.

v. 1042. βούλεσθ' ἐπεσπέσωμεν;] vid. Matth. Gr. 516. 3. ἀκμὴ idem fere, quod alibi καιρός, tempus tale, ubi, ut cum vetere poeta loquar, οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς. Herc. F. 532. εἰς ἀκμὴν ἐλθὼν φίλοις, quae compares cum Hecub. v. 666. Sophocles El. 1337. Εἴσω παρέλθεθ', ὡς τὸ μὲν μέλλειν κακὸν Ἐν τοῖς τοιούτοις ἔστ', ἀπηλλάχθαι δ' ἀκμή. V. Bergler ad Aristoph. Plut. 255. [Conf. Ruhnk. in Auctar. Emendatt. ad Hesych. p. 194.]

v. 1047. Non excussissent, opinor, interpretes eruditionis suae thesauros, si, quo loco nunc legitur ξένου, scriptum fuisset aut per metrum scribi licuisset τοῦ ἀνδρός: quod vocabulum haud raro, ut apud Latinos vir, vice fungitur pronominis. Nunc quum Polymestor vv. 774. 890. dicatur Θρῇξ ξένος, falso sibi persuaserunt easdem voces hoc quoque loco coniungendas fuisse, diremtas autem exquisita quadam ratione loquendi. Quidni enim dicere potuerit Euripides: ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῇκα καὶ κρατεῖς αὐτοῦ; Pronomen languidum, in fine praesertim sententiae, cum significatiore commutavit vocabulo ξένου.

v. 1050. τυφλῷ ποδί] qui non regitur lumine oculorum; conf. Phoen. 841. 1534. 1610. Porson. ad Phoen. 1722. παράφορος, qui incerto ac vago gressu titubat, vid. Ast. ad Plat. Legg. VI. 18. p. 320. Baehr. in Creuzeri Melet. III. p. 5 s.

ξὺν ταῖς ἀρίσταις Τρῳάσιν· δίκην δέ μοι
δέδωκε· χωρεῖ δ', ὡς ὁρᾷς, ὅδ' ἐκ δόμων.
ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι κἀποστήσομαι
θυμῷ ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ. 1055

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὤμοι ἐγώ,
πᾶ βῶ, πᾶ στῶ, πᾶ κέλσω;
τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου
τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος;
ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ τάνδ' 1060
ἐξαλλάξω
τὰς ἀνδροφόνους μάρψαι χρῄζων
Ἰλιάδας, αἵ με διώλεσαν;

v. 1055. θυμῷ ῥέοντι Ald. et codd. plerique, quod parum recte Musgr. defendit loco Demosth. de corona p. 272. θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν, cuius explicationem pete a Wyttenbachio ad Plutarchi Mor. T. I. p. 174. Θυμῷ ζέοντι Harl. et C.

v. 1055. θυμῷ ζέοντι Θρ., Thraci ira fervido. Paullo aliter Soph. Oed. 434. ὁπηνίκ' ἔζει θυμός. conf. Iacobs ad Anthol. Gr. Vol. II. P. II. p. 203.

v. 1056–1084. Ἑτερόστροφον hoc carmen videtur Hermanno Elem. doctr. metr. p. 759 s. ex duabus strophis, in quibus fines (vv. 1067. 8. et vv. 1082–1084.) sibi respondeant. Pauca contra libros correxit: v. 1060. insertis post ἢ ταύταν verbis ἢ κείναν, v. 1063. admissa, quam nos quoque probavimus, transpositione, quum vulgo scriberetur τάλαιναι, τάλαιναι κόραι Φρυγῶν.– v. 1081. addito τε post λινόκροκον, v. 1083. φύλακ' scribendo. Aliquanto plus sibi sumpsit licentiae Seidlerus, qui hoc carmen ex stropha (vv. 1056–1068), mesodo (vv. 1069. 1070) et antistropha (vv. 1071–1084.) constare censet, de verss. dochm. p. 275. Sed nescio quo pacto saepius quam tutum credideris verborum utitur transpositione: qua de re quae dicit p. 277., mihi non videntur eam vim habere, ut disceptationem de singulis locis, ubi hanc adhibeas medelam, removeant. Iudicet lector exposita varietate lectionis: v. 1056. ἰώ μοι ἐγώ. – v. 1059. lacunam indicavit post ἴχνος, quam explendam putat voc. ποδῶν annot. ad Troad. 3., v. 1060. add. κείναν post ταύταν. – v. 1063. verba transposita sunt, ut apud Hermannum. – v. 1065. πτώσσουσιν. – v. 1072. τιθέμενος θηρῶν. – v. 1077 sq. σφακτὰν κυσὶ φονίαν τε δαῖτ' ὀρείαν ἀνήμερόν τ' ἐκβολάν. – v. 1080. ποντίοισι.

v. 1057. „Illius voculae (de ὅπα loquitur) alium puto sensum esse, prout alii verbo iuncta sit, idque vel in eodem orationis tenore, ut modo sit quorsum, modo ubi, modo quo pacto: ita quidem intelligo Eurip. Hecub. 1032. (ed. Matth.) πᾶ βῶ, πᾶ στῶ, πᾶ κέλσω, ubi nolim argutari.“ Boeckh. Explicatt. ad Pind. p. 199. – κέλσαι proprie de navibus, quae portum ingressae aut ad terram appulsae ex salo consistunt: quod

τάλαιναι κόραι τάλαιναι Φρυγῶν,
ὦ κατάρατοι, ποῖ καί με φυγᾷ
πτώσσουσι μυχῶν; 1065
εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσαι' ἀκέσαιο τυφλόν, Ἅλιε,
φέγγος ἀπαλλάξας.
ἆ ἆ. σίγα, σίγα, κρυπτὰν
βάσιν αἰσθάνομαι τάνδε γυναικῶν. 1070
πᾶ πόδ' ἐπάξας
σαρκῶν ὀστέων τ' ἐμπλησθῶ,
θοίναν ἀγρίων θηρῶν τιθέμενος
ἀρνύμενος λώβαν,
λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς; ὦ τάλας.

Ruhnk. Ep. crit. II. p. 224. coniecit θυμὸν ζέοντι, quod mihi quidem deterius videtur. Cf. Wakefield. Silv. Crit. Vol. I. P. II. p. 23.

quam apte ad Polymestorem translatum sit, nemo non videt; cf. v. 1080. Similem huius verbi potestatem animadvertere licet etiam in El. 139. Ἄργει κέλσαι πόδ' ἀλάταν. Hipp. 140. θανάτου κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον.

v. 1059. ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος;] sine copula, quam desiderabat Porsonus absorptam existimans voc. κατ', paullo melius dicuntur, ut in oratione commotiore: quemadmodum apud Terent. Andr. IV. 1, 53. conari manibus, pedibus. Ἴχνος simpliciter pro pede, ut in Anthol. Palat. V. 92. Ἦν ποτε καὶ στεφάνους προθύρων ὕπερ ἐκκρεμάσωμαι, Ὀργισθεῖσα πατεῖ τοῖς σοβαροῖς ἴχνεσιν. Adde, quem laudavit Porsonus, Bacch. v. 1132. Nisi, quod non decerno, addendum sit cum Seidlero ποδῶν, vid. ad v. 1056. Ceterum exspectabas eiusmodi fere formam orationis: θηρὸς δίκην βάσιν τιθέμενος (i. e. βαίνων) ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος: aut, ut aliter dicam, βάσιν τιθέμενος bis cogitandum est, primum ad θηρός, deinde ad haec ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος. Quae quod brevius eloquutus est poeta, miris ea res commentis interpretum dedit occasionem, ut et constructionem verborum perturbarent et sollicitarent scripturam sanissimam.

v. 1063. Transpositionem horum verborum idoneis exemplis confirmavit Seidlerus p. 278 s., in quibus reperias haec ex Med. 1273. ἀκούεις βοάν, ἀκούεις τέκνων; 1282. μίαν δὴ κλύω, μίαν τῶν πάρος.

v. 1066 sqq. Haud inepte, ut caecitati suae medeatur, Solem invocat Polymestor, utpote luminis auctorem.

v. 1071. ἐπάξας] active. Sophocl. Ai. 40. Καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα;

v. 1074. λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς;] Appositio haec est ad praecedentem sententiam. Or. 841. σφάγιον ἔθετο ματέρα, πατρῴων παθέων ἀμοιβάν. Iph. A. 233. τὰν γυναικείαν ὄψιν ὀμμάτων ὡς πλήσαιμι, μείλινον ἁδονάν. V. Matth. Gr. §. 432, 5.

*ποῖ, πᾷ φέρομαι τέκν' ἔρημα λιπὼν* 1075
*βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι,*
*σφακτὰν κυσί τε φοινίαν δαῖτ', ἀνή-*
*μερόν τ' οὐρείαν ἐκβολάν;*
*πᾷ στῶ, πᾷ βῶ, πᾷ κάμψω,*
*ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασι λινόκροκον* 1080
*φᾶρος στέλλων,*
*ἐπὶ τάνδε συθεὶς τέκνων ἐμῶν φύλαξ*
*ὀλέθριον κοίταν;*

*ΧΟΡΟΣ.*

*ὦ τλῆμον, ὥς σοι δύσφορ' εἴργασται κακά·* 1085
*δράσαντι δ' αἰσχρὰ δεινὰ τἀπιτίμια*
*δαίμων ἔδωκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς.*

*ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.*

*αἶ αἶ, ἰὼ Θρῄκης*
*λογχοφόρον, ἔνοπλον, εὔιππον, Ἄ-*
*ρει κάτοχον γένος.* 1090
*ἰὼ Ἀχαιοί, ἰὼ Ἀτρεῖδαι.*

v. **1079.** Eo ordine, quem post Herm. et Seidl. probavimus et ipsi, haec verba exhibuit G. Vulgo *πᾷ στῶ, πᾷ κάμψω, πᾷ βῶ.*
v. **1089.** *ἔνοπλον* Ald. et MSS. recte: versus enim ex tribus creticis constat. Eustathius ad Il. *β.* p. 358, 32. legit *εὔοπλον.*

v. **1075** sqq. Longius a tentorio digressus, ubi liberorum cadavera reliquerat, vereri incipit Polymestor, ne illa a mulieribus in caedem ac foedissima facinora furentibus (*Βάκχαις Ἅιδου*, cf. Cycl. 397. *Ἅιδου μάγειρος*), simili credo scelere, ut Orpheum olim ac Pentheum Bacchae laceraverant, discerperentur. Itaque navis instar, contractis quasi velis (*λινόκροκον φᾶρος στέλλων*) gressum cohibuit, et ad custodienda carissima corpora revertitur. — *Πείσματα* hoc loco non sunt retinacula navis, sed rudentes, ut monuit Schol.

v. **1085.** Verte: O miserum te! quam gravia in te perpetrata sunt mala. Isocrates Nicocl. §. 61. *ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε,* ubi non probo Bekkerum, qui contra libros et Stobaeum Floril. Vol. I. p. 133. correxit *τοὺς ἄλλους.* Cf. Matth. Gr. §. 415. not. 1.

v. **1088 – 1106.** Perelegantem Seidlerus dedit (de verss. dochm. p. 281.) descriptionem huius cantici, quod tribus complectitur strophis, sese deinceps excipientibus, quas, interposita mesodo v. **1094.**, sequuntur inverso ordine tres antistrophae, claudente carmen epodo v. **1102** – **1106.** Quanquam hic quoque transposuit vv. **1098.** et **1099.** Praeterea v. **1091.** bis scripsit *ὦ* pro *ἰώ*, et v. **1093.** *ἰώ, ἰώ, ἴτε, ἴτ', ἴτε, μόλετε πρὸς θεῶν.* Cf. V. L. Aliter totum carmen digessit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 769 seq., ut versus, qui sibi respondeant, permixti sint solutioribus numeris:

βοὰν βοὰν ἀΰτῶ, βοάν·
ὦ ἴτε, μόλετε πρὸς θεῶν.
κλύει τις, ἢ οὐδεὶς ἀρκέσει; τί μέλλετε;
γυναῖκες ὤλεσάν με, 1095
γυναῖκες αἰχμαλωτίδες.
δεινὰ δεινὰ πεπόνθαμεν.
ὤμοι ἐμᾶς λώβας.
ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ;
αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑ- 1100
ψιπετὲς ἐς μέλαθρον,
Ὠρίων ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς
φλογέας ἀφίησιν ὄσσων
αὐγάς, ἢ τὸν ἐς Ἅιδα 1105
μελανοχρῶτα πορθμὸν ἄξω τάλας;

ΧΟΡΟΣ.

ξύγγνωσθ', ὅταν τις κρείσσον' ἢ φέρειν κακὰ
πάθῃ, ταλαίνης ἐξαπαλλάξαι ζόης.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κραυγῆς ἀκούσας ἦλθον· οὐ γὰρ ἥσυχος

v. 1091. omittit Aug. b.
v. 1093. Libri alii ὦ ἴτε, alii ἰὼ ἴτε. Ald. Flor. 33. ἴτε bis exhibent.
v. 1105. Ἅιδα correxi pro vulg. Ἀΐδα.

quod genus perdifficile est ad iudicandum. Ego interim reliqui vulgarem versuum distinctionem, nisi quod extrema illa inde a v. 1102., quae ita scripta erant, ut nullam agnosceres probabilem aut usitatam metrorum speciem, paullo aliter disposui. Plurimi autem in toto carmine sunt versus dochmiaci, aliquot cretici et iambici.

v. 1094. ἢ cum prima syllaba voc. οὐδεὶς coalescit. vid. Soph. Oed. T. 993. Eurip. Bacch. 648. cf. Matth. Gr. §. 56. Blomf. ad Aesch. S. c. Th. 186.

v. 1100. ἀμπτάμενος pro ἀναπτάμενος, quod ipsum perperam exhibent codd. nonnulli. Infra 1263. ἀμβήσει. cf. Matth. Gr. §. 38.

v. 1107. ξύγγνωσθ'] Pluralis adiectivi pro singulari. Med. 491. Σύγγνωστ' ἂν ἦν σοι τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους. 703. Ξύγγνωστα μεντἄρ' ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι, cf. Phoen. 1001. Matth. Gr. §. 443. – κρείσσον' ἢ φέρειν. graviora quam quae ferri possint; cf. Matth. Gr. p. 842.

v. 1109 sqq. Agamemnonis adventu quum speret Polymestor fore, ut Hecuba dedatur ad supplicium, sedatior simul cum animi motu fit oratio, et illam numerorum vehementiam ac varietatem excipiunt trimetri iambici. Iamque eo res adducta est, ut, quod maxime amat Euripides, tanquam in forensi certamine causa disceptetur, absolutaque Hecuba simul et promissis satisfaciat Agamemno, et iusti regis personam egregie tueatur.

πέτρας ὀρείας παῖς λέλακ᾽ ἀνὰ στρατὸν **1110**
Ἠχώ, διδοῦσα θόρυβον. εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
πύργους πεσόντας ᾔσμεν Ἑλλήνων δορί,
φόβον παρέσχ᾽ ἂν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὦ φίλτατ᾽, ᾐσθόμην γάρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν
φωνῆς ἀκούσας, εἰσορᾷς ἃ πάσχομεν; **1115**

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔα·
Πολυμῆστορ ὦ δύστηνε, τίς σ᾽ ἀπώλεσε;
τίς ὄμμ᾽ ἔθηκε τυφλὸν αἱμάξας κόρας,
παῖδάς τε τούσδ᾽ ἔκτεινεν; ἦ μέγαν χόλον
σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν, ὅστις ἦν ἄρα.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

Ἑκάβη με σὺν γυναιξὶν αἰχμαλωτίσιν **1120**
ἀπώλεσ᾽, οὐκ ἀπώλεσ᾽, ἀλλὰ μειζόνως.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί φής; σὺ τοὔργον εἴργασαι τόδ᾽, ὡς λέγει;
σὺ τόλμαν, Ἑκάβη, τήνδ᾽ ἔτλης ἀμήχανον;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὤμοι, τί λέξεις; ἦ γὰρ ἐγγύς ἐστί που;

v. 1112. ᾔσμεν Etym. M. p. 439, 1., ἴσμεν. Ald. et MSS.
v. 1113. παρέσχ᾽ ἂν ex coni. Heathii. Aldus παρέσχεν, quod tuetur Hermannus. παρέσχεν ἂν N. Flor. 21. a m. sec. Elmsleius ad Med. p. 150. not. (151. ed. Lips.) quod Attici non

v. 1118. χόλον σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν,] Constructionem illustravi ad Med. 75.
v. 1121. Hecuba me perdidit; perdidit, dico? immo maius quid perpetravit. Iph. T. 1321. ὦ θαῦμα! πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω; Vid. ad v. 667.
v. 1127. οὗτος, τί πάσχεις; heus tu, quid coeptas? Eadem formula apud Aristoph. Vesp. 1. Av. 1044. Noster Alc. 776. οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις; cf. Ruhnk. ad Tim. p. 279 s. Reisig. Coniect. I. p. 166.
v. 1128. μαργῶσαν] caedis avidam, saevientem. Phoen. 1163. Ἀλλ᾽ ἔσχε μαργῶντ᾽ αὐτὸν ἐναλίου θεοῦ Περικλύμενος παῖς. 1281. Μαργῶντ᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ. cf. Soph. Ai. 50. Καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου;
v. 1129. τὸ βάρβαρον] Irae impotentiam. Plutarch. V. Artax. 6. φύσει βαρύθυμος οὖσα καὶ βάρβαρος ἐν ὀργαῖς. Vid. Hemsterh. ad Xenoph. Eph. p. 180. ed. Loc.
v. 1132. λέγοιμ᾽ ἂν] Vim habet futuri. cf. Reisig. Comment. de vi et usu ἂν partic. p. 135.

σήμηνον, εἰπὲ ποῦ 'σθ', ἵν' ἁρπάσας χεροῖν 1125
διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὗτος, τί πάσχεις;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

πρὸς θεῶν σε λίσσομαι,
μέθες μ' ἐφεῖναι τῇδε μαργῶσαν χέρα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἴσχ'· ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον,
λέγ', ὡς ἀκούσας σοῦ τε τῆσδέ τ' ἐν μέρει 1130
κρίνω δικαίως, ἀνθ' ὅτου πάσχεις τάδε.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

λέγοιμ' ἄν. ἦν τις Πριαμιδῶν νεώτατος
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς, ὃν ἐκ Τροίας ἐμοὶ
πατὴρ δίδωσι Πρίαμος ἐν δόμοις τρέφειν,
ὕποπτος ὢν δὴ Τρωικῆς ἁλώσεως. 1135
τοῦτον κατέκτειν'· ἀνθ' ὅτου δ' ἔκτεινά νιν,
ἄκουσον, ὡς εὖ καὶ σοφῇ προμηθίᾳ.
ἔδεισα, μή σοι πολέμιος λειφθεὶς ὁ παῖς
Τροίαν ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ πάλιν,
γνόντες δ' Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινα 1140
Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις ἄρειαν στόλον,

solerent ε tertiae personae elidere ante particulam ἄν, scribendum coniecit: φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδ' ἂν κτύπος. Matth. Gr. §. 43. I.

v. 1141. ἄρειαν] Flor. 2. 25. Vict., quod receperat ante nos Dindorfius. Vulgo αἴροιεν.

v. 1135. ὕποπτος active: qua de re dixit Wyttenb. ad Plutarch. T. I. p. 237. Alia eiusdem generis adiectiva commemoravit ad hunc locum Porsonus: πιστός Aesch. Prom. 953. Soph. Oed. Col. 1031. (adde Plat. de Legg. VII. p. 824. B.) μεμπτός Soph. Trach. 446. Ac sunt minime rara huius usus exempla: interim cf. Blomf. ad Aesch. Pers. 108.

v. 1138. ἔδεισα, μὴ — ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ] Singularis quaedam ratio est verborum timendi, quum praeteritis iunctum habent coniunctivum; v. Matth. Gr. §. 520. Rost. Gr. §. 122. 13. annot. 8. Hoc loco dignum animadversione est, quod diversos modos consociavit: ἀθροίσῃ, ἄρειαν — τρίβοιεν — εἴη. Nec temere. Alterum enim, Troia ut restitueretur, verebatur ne eveniret; de altero coniecturam faciebat, haud esse dissimile veri Achivos redituros. De utriusque modi coniunctione quaedam notavit Iacobsius ad Anthol. Palat. p. 292.

κἄπειτα Θρήκης πεδία τρίβοιεν τάδε
λεηλατοῦντες, γείτοσιν δ' εἴη κακὸν
Τρώων, ἐν ᾧπερ νῦν, ἄναξ, ἐκάμνομεν.
Ἑκάβη δὲ παιδὸς γνοῦσα θανάσιμον μόρον 1145
λόγῳ με τοιῷδ' ἤγαγ', ὡς κεκρυμμένας
θήκας φράσουσα Πριαμιδῶν ἐν Ἰλίῳ
χρυσοῦ· μόνον δὲ σὺν τέκνοισί μ' εἰσάγει
δόμους, ἵν' ἄλλος μή τις εἰδείη τάδε.
ἵζω δὲ κλίνης ἐν μέσῳ κάμψας γόνυ· 1150
πολλαὶ δὲ χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς,
αἱ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρώων κόραι
θακοῦσ' ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός,
ἤνουν θ' ὑπ' αὐγὰς τούσδε λεύσσουσαι πέπλους·
ἄλλαι δὲ κάμακα Θρηκίαν θεώμεναι 1155

v. 1146. λόγῳ Ald. rell, et v. l. in marg. Flor. 6. δόλῳ.
v. 1153. θακοῦσ' schol. Flor. 59. Elmsleius ad Heracl. 994. – θάκουν Ald. rell., unde VV. DD. fecerunt 'θάκουν. De augmenti apud Atticos poetas omissione disputavit Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 52. et 120. iterumque post Reisigium in Coniect. I. p. 78 seqq. et Elmsleium ad Eurip. Bacch. 1132. in praefatione ad editionem eiusdem fabulae, quae prodiit Lipsiae a. 1823., ubi quum p. XVII. hunc etiam Hecubae locum attigisset, etiamnum se in ea sententia esse profitetur, quam in secunda editione tragoediarum Euripidis a Porsono curatarum Schaeferus p. 564. commemoraverit, ut scripsisse Euripidem credat: θάκους ἔχουσαι. Non improbarem hanc lectionem, si causam viderem idoneam, cur a vulgata discederem: sed hanc quo argumento Hermannus aggreditur, ei quid tribuendum sit, nemo non intelligit. „Parum apte, inquit, dictum videtur, ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός, quod sic demum, si quid video, recte diceretur, si de opere, quod ipsae

v. 1143. Iunge γείτοσιν δὲ Τρώων εἴη κακόν. Mox interpositum ἄναξ indicio est vereri Polymestorem nonnihil, ne, quod erat confessus aliquid etiam finitimis incommodi Graecos attulisse, offenderit Agamemnonem, et velle quodammodo lenire huius confessionis asperitatem.

v. 1152. ὡς δὴ παρὰ φίλῳ] i. e. specie quidem amicitiae, sed revera inimicissimae. Helen. 1398. ὡς τῷ θανόντι χάριτα δὴ συνεκπονῶν. Ion. 1202. ὡς τῷ νέῳ δὴ δεσπότῃ χάριν φέρων. conf. Iph. T. 1338. Xenoph. Symp. VIII. 4. Plutarch. V. Timol. 15.

v. 1153. κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός] Radius textorius pro veste commemoratur: quemadmodum apud Homerum ἱστός et instrumentum textorium et telam ipsam significat. Ita recte Brunckius.

v. 1154. ὑπ' αὐγάς] „Plutarchus Op. Moral. p. 822. ἀλλ' ὑπ' αὐγὰς θεῶ. Id. ibid. p. 1107. ὑπ' αὐγὰς διαπτύξας." Musgravius. Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 264. πέπλος de virili veste haud inusitatum; conf. Bornemann. ad Xenoph. Cyrop. III. 1. 13.

γυμνόν μ' ἔθηκαν διπτύχου στολίσματος.
ὅσαι δὲ τοκάδες ἦσαν ἐκπαγλούμεναι
τέκν' ἐν χεροῖν ἔπαλλον, ὡς πρόσω πατρὸς
γένοιντο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν.
κᾆτ' ἐκ γαληνῶν, πῶς δοκεῖς, προσφθεγμάτων **1160**
εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν' ἐκ πέπλων ποθὲν
κεντοῦσι παῖδας, αἱ δὲ πολεμίων δίκην
ξυναρπάσασαι τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας
καὶ κῶλα· παισὶ δ' ἀρκέσαι χρῄζων ἐμοῖς
εἰ μὲν πρόσωπον ἐξανισταίην ἐμόν, **1165**
κόμης κατεῖχον, εἰ δὲ κινοίην χέρας,
πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἤνυον τάλας.
τὸ λοίσθιον δέ, πῆμα πήματος πλέον,
ἐξειργάσαντο δείν'· ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων

nunc texerent, sermo esset." Corrumpendae eius lectionis, quam recepimus, occassionem dedisse videtur, quod diversa tempora poeta consociavit: *θακοῦσ' – ἤνουν*: cuius rei exempla attulit Heindorfius ad Plat. Phaedon. §. 77.

v. 1159. *γένοιτο* MS. Reg. Soc. a pr. m. Mosqu. D. Aug. b. quod recepit Porsonus. Vid. Matth. Gr. §. 300. – Ibid. Codd. permulti cum Ald. *διαδοχαῖσιν*, duo ex Florr. *διαδοχαῖσι*. Porsonus, ne omni caesura versus careret, coni. *διαδοχαῖς τ' ἀμείβουσιν* (vel *ἀμείβονται*) *χεροῖν*.

v. 1167. *ἤνυον*] Ald. et MSS. *ἤνυτον* Porsonus ex praecepto Atticistarum, quibus haud scio an iusto maiorem fidem adhibeant, qui haud cunctanter obtemperant, nullo facto scriptorum discrimine. Ego quidem poetae quamvis Attico non eripiam vulgarem formam, quam tuetur etiam illud Sophoclis El. 1451. *φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν.* De Attica forma exposuit Porsonus ad Phoen. 463. et Schaeferus ad Greg. Cor. p. 71.

v. 1156. *διπτύχου στολίσματος*] hastae et pallii.

v. 1160. *πῶς δοκεῖς*] Similiter interponitur Hipp. 446. *Τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισεν;* cf. Iph. A. 1590. Aristoph. Ach. 24. *εἶτα δ' ὠστιοῦνται, πῶς δοκεῖς;* Add. Diphilus Athenaei II. p. 67. D. Araros IV. p. 175. F. Fritzsch. Quaest. Luc. p. 80. Ceterum supplendum *αἱ μὲν – κεντοῦσι παῖδας*, cui respondet *αἱ δὲ – τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας*. Herc. F. 635. *χρήμασιν δὲ διάφοροι· Ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ.* Xenoph. Cyrop. VI. 3. 9. *ἔλεγον, ὅτι ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου εἶεν προεληλυθότες ἐπὶ χιλόν, οἱ δ' ἐπὶ ξύλα.* Apud Pausan. II. 2. 5. scrib. *Λύσιον, τὸν δὲ Βάκχειον ὀνομάζουσι.* Vulgo *τόνδε.* cf. Matth. Gr. §. 288. not. 4.

v. 1165. *εἰ μὲν – ἐξανισταίην*] Optativus rem saepius repetitam indicat. Iph. T. 325. *Ἀλλ' εἰ φύγοι τις, ἅτεροι προσκείμενοι Ἔβαλλον αὐτούς· εἰ δὲ τούσδ' ὠσαίατο, Αὖθις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἠρασσον πέτροις.* cf. Matth. Gr. §. 521. §. 524. p. 1019. De genitivo *κόμης*, qui notat partem, qua prehendebatur, vid. annot. ad v. 62.

v. 1168. *πῆμα πήματος πλέον*] Eadem ratione dictum, quam ex-

πόρπας λαβοῦσαι τὰς ταλαιπώρους κόρας 1170
κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν· εἶτ' ἀνὰ στέγας
φυγάδες ἔβησαν· ἐκ δὲ πηδήσας ἐγὼ
θὴρ ὣς διώκω τὰς μιαιφόνους κύνας,
ἅπαντ' ἐρευνῶν τοῖχον, ὡς κυνηγέτης,
βάλλων, ἀράσσων. τοιάδε σπεύδων χάριν 1175
πέπονθα τὴν σὴν, πολέμιόν τε σὸν κτανὼν,
Ἀγάμεμνον. ὡς δὲ μὴ μακροὺς τείνω λόγους,
εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς,

v. 1179. *λέγων τίς ἐστιν* e Paris. A. Ceteri codd. cum Aldo *λέγων ἔστί τις*, quod leviter correctum (*ἔστιν τις*) receperunt Barn. et Musgr. Ex Stobaei Floril. Vol. III. p. 45. edidit Porsonus: *ἢ νῦν λέγει τις ἢ πάλιν μέλλει λέγειν*, idque defendit docta annotatione in Addendis. MS. Reg. Soc. ap. Pors. omisit *τὶς*, unde speciem conciliare queas coniecturae Wakefieldii, quam probavit Hermannus, *ἢ νῦν λέγων ἔστ' ἢ πάλιν μέλλει λέγειν*.
v. 1182. *αἰεί*] MSS. edd. probante Osanno Syllog. Inscr. V. p. 242 s. „Recte, inquit Porsonus, huius vocis penultimam communem esse statuit Piersonus ad Moerin p. 231." Equidem, plicui ad v. 1074. Simillimus locus Troad. 489, nisi quod perspicua de causa nominativo effertur appositio, *Τὸ λοίσθιον δέ, θριγκὸς ἀθλίων κακῶν, Δούλη γυνὴ γραῦς Ἑλλάδ' εἰσαφίξομαι.* Ceterum comparanda dictio Aeschylea Agam. 837. *κακοῦ κάκιον ἄλλο πῆμα.* Noster Med. 234. *κακοῦ γὰρ τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον κακόν*, ubi vid. annot.

v. 1172. *ἐκ δὲ πηδήσας*] Tmesis, cuius exempla vid. ap. Matth. Gr. p. 1190.

v. 1177. *μακροὺς τείνω λόγους*] Plato Gorg. §. 47. p. 465. D. *μακρὸν λόγον ἀποτέτακα*, ubi v. Heind. cf. nostra ad Med. 1351.

v. 1179. *λέγων ἐστίν*, pro *λέγει*. Cycl. 381. *πῶς, ὦ ταλαίπωρ', ἦτε πάσχοντες τάδε;* Supra v. 117. *ἦν σπεύδων.* Anaxandrides ap. Stob. Vol. III. p. 57. *ὁ γὰρ δίαυλός ἐστιν αἰσχύνην ἔχων.* cf. Matth. Gr. §. 559. Chalcidiacum hoc schema vocat Lesbonax p. 179. Repetitum *τὶς* defendit in Addendis Porsonus, allatis exemplis scriptorum saepius etiam in eodem orationis tenore hoc pronomen praeter necessitatem iterantium, Soph. Trach. 3. 943. Philem. Incert. fr. XXII. Nostri Orest. 1218. Quanquam ne opus quidem erat isto molimine: nam quum in superiore versu iungenda sint *τὶς τῶν πρίν*, accuratius scripsit Euripides repetito pronomine quam omisso.

v. 1180. *συντεμών*, i. e. *συντόμως εἰπών*, vel quod dicit Lucianus Imag. §. 14. *ἑνὶ λόγῳ συνελὼν φαίην ἄν.* Noster Aeol. fr. V. *Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ Πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.* conf. Troad. 441. Iph. A. 1249. Anaxilas Athen. XIII. p. 558. E. *συντεμόντι δ' οὐδὲ ἓν Ἔσθ' ἑταίρας ὅσα περ ἔστι θηρί' ἐξωλέστερον*, quae videri possunt ex nostro loco expressa.

v. 1182. *ὁ δ' αἰεὶ ξυντυχών*, sc. *αὐταῖς*, *Ἀεὶ* i. q. *ἑκάστοτε*, ut apud Thuc. I. 11. *οἵ γε οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ πα-*

ἢ νῦν λέγων τίς ἐστιν, ἢ μέλλει λέγειν,
ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω·      1180
γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει
τοιόνδ᾽· ὁ δ᾽ αἰεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται.

ΧΟΡΟΣ.

μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος·
πολλαὶ γὰρ ἡμῶν, αἳ μὲν εἴσ᾽ ἐπίφθονοι,      1185
αἳ δ᾽ εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν.

si credibile esset aut codicum in hac re aut scriptorum fuisse constantiam, non spernerem, quod testium auctoritate niteretur. Nunc malui rationem certam quam casus temeritatem sequi.

v. 1184. μέμψῃ codd. plerique et Stobaeus Floril. Vol. III. p. 28. μέμφῃ Flor. 25. 33. Aug. c. et pro v. l. Mosqu. A. Gu. vitiose. Cf. Hermann. diss. de praeceptis quibusdam Atticistarum p. 4 ss. sive in Opusculis T. I. p. 270 ss., quanquam sequior Graecitas ne hoc quidem aspernatur; vid. Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 735. Quod in Stobaeo edidit Grotius μέμψαι, ferri illud quidem poterat, v. Koen. et Schaef. ad Greg. Cor. p. 15. ad poet. gnom. p. 155., sed et rarius μή aoristi imperativo iungitur et ab Euripidis consuetudine haec ratio abhorret.

ρόντι ἀντεῖχον, et alibi saepissime. ἐπίσταται, gravis hoc loco vox: suo damno edoctus cognovit. Comparari potest Troad. v. 894. Ἐγώ νιν οἶδα καὶ σὺ χοἱ πεπονθότες.

v. 1183. τοῖς σαυτοῦ κακοῖς] propter tua ipsius mala. Sic Hipp. 854. σᾷ τύχᾳ: supra v. 299. τῷ θυμουμένῳ. Συνθεὶς auget vim vocis πᾶν, quasi dicas: omnes, ne una quidem excepta. Geminus locus in Protesil. fr. III. Ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ Γυναῖκας ἑξῆς σκαιός ἐστι κοὐ σοφός. Iph. T. 1015. ἅπαντα γὰρ Συνθεὶς τάδ᾽ εἰς ἓν νόστον ἐλπίζω λαβεῖν.

v. 1185 seq. Sententia satis perspicua: nonnullas quidem malas esse mulieres, sed alias probo ingenio. Ipsa verba magna obscuritate laborant. Nam quum bimembris sit sententia, dubium est, utri parti laus mulierum insit, utri reprehensio. Sed plerique haec verba: αἳ δ᾽ εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν in eum sensum acceperunt, ut illa statuerent esse concedentis chori, reperiri mulieres, in quas caderent illa, quibus universum genus insectatus fuerat Polymestor, convicia. Principes in hanc sententiam fuerunt veteres scholiastae: sed iidem, ut illis verbis recte opponerentur, quae priore versu leguntur, vocabulo ἐπίφθονος significationem tribuerunt prorsus inusitatam, immo falsam, ut esset idem quod ἐπαινετός, ζηλωτός. Semper enim dicitur de iis, qui mediocritatem quandam vel bonarum rerum vel malarum egressi in invidiam odiumque incurrunt. Hoc qui intellexerunt recentiores interpretes de altero versu non mutarunt sententiam: priorem vero illata negativa particula corrigendum censuerunt. Sic Musgravius, quem sequitur Brunckius, scripsit: πολλαὶ γὰρ ἡμῶν οὐδὲν εἴσ᾽ ἐπίφθονοι: Beckius πολλαὶ γὰρ ἡμῶν αἳ μὲν οὐκ

ΕΚΑΒΗ.

Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτε
τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον.
ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν,
εἴτ' αὖ πονηρά, τοὺς λόγους εἶναι σαθρούς, 1190
καὶ μὴ δύνασθαι τἄδικ' εὖ λέγειν ποτέ.

v. 1193. δύνανται Ald. et MSS. δύναιντ' ἂν MS. Leid. ap. Valck. ad Hipp. 294.
v. 1194. κακῶς δ' ἀπώλοντο κοὔτις – Ald. MSS. Unus apud

ἐπίφθονοι; denique Porsonus, eiecto pronomine: πολλαὶ γάρ· αἱ μὲν οὐδέν εἰσ' ἐπίφθονοι. Non dicam nunc, quid sit ex his verisimillimum: quanquam aegre, credo, omnes concedent omitti potuisse eiusmodi vocabulum, ex quo sententiae integritas penderet: sed demus esse in his coniecturis quod genuinam Euripidis manum referat. Quid igitur est hoc, alias mulierum bonas sane esse, alias malarum in numero habendas? Talia ab eo dici, qui reprehendere vellet mulieres, minime mirum foret; sed quum eas vindicare chorus a promiscua illa criminatione velit, quid aliud quam inverso ordine illa dici debebant, ut praecederet culpae in nonnullis confessio, sequeretur defensio? Itaque mihi quidem plane convenit cum Hermanno non esse corruptam prioris versus scripturam: sitne depravata in altero, ut idem censet, videbimus. Etenim qui sequitur versus exvulgata lectione non videtur in laudem feminarum accipi posse. Quamobrem Reiskius corrigebat τῶν καλῶν. At hoc de femina dici vix potest, nisi si corporis formam, non animi bona, spectes. Quod qui recte monuit Hermannus aliam ipse, eamque, ut ait, certissimam emendationem proposuit: αἱ δ' οὐκ ἐς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν. Speramus hodie minus certam videri viro egregio: negationem enim, praesertim in tanto sanitatis colore, non magis hoc versu quam superiore adducor ut oblitteratam esse credam. Ut breviter dicam, explicatione eget hic locus, non correctione, neque, si quid est peccatum, magis id librariorum negligentiae, quam ipsi poetae tribuendum, qui quod sentiebat paullo obscurius eloquutus est. Quodsi quis improbabit quam propositurus sum interpretationem, hoc velim meminerit, coniecturam me facere, cui quis tandem aegre feret, si eandem veniam petam, quam tribuere consuevimus illis, qui mutanda codicum lectione locis obscuris opem afferunt? Sensum igitur illorum versuum hunc esse existimo: „Sunt sane quaedam nostrum, et multae quidem, odio dignae: ceterae vero propter sexum non sui quaeque virtutibus vitiisve, sed numero tantum, spectamur; malis non nostra quadam culpa, sed natalium vitio cumuli instar et tanquam numerus adiicimur." Quodsi vere interpretati sumus verba difficillima, in vocabulo ἀριθμός agnoscis similitudinem illius significationis, quam ex Eurip. Heracl. 997. Troad. 476. et aliis quibusdam locis illustravit Boeckhius de Trag. Gr. p. 93. Nam ibi quoque de hominibus dicitur, qui nonnisi numero spectantur, cetera inutiles. Ac quoniam quae his verbis significari declaravimus eodem redeunt, ac si dicas: aliae mulierum sunt improbae, aliae videntur;

σοφοὶ μὲν οὖν εἰσ' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες,
ἀλλ' οὐ δύναιντ' ἂν διὰ τέλους εἶναι σοφοί,
κακῶς δ' ἀπώλοντ'· οὔτις ἐξήλυξέ πω.
καί μοι τὸ μὲν σὸν ὧδε φροιμίοις ἔχει· 1195
πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι,
ὃς φὴς Ἀχαιῶν πόνον ἀπαλλάσσων διπλοῦν

Kingium, ut edidimus. Hermannus coni. κακῶς δ' ὄλοιντ' ἄν, κοὔτις ἐ. π.

v. 1197. ὃς φὴς] Paris. A. Lib. P. Flor. 2. 10. Vict. et v. l. in MS. Reg. Soc. Ceteri cum Aldo πῶς φὴς.

non veremur, ne peccasse chorus contra modestiam videatur, quam qui v. 1186. in deteriorem partem interpretati sunt in eo sibi videntur reperisse, quod in verbo πεφύκαμεν se ipse non excludit ex numero earum, quae a reprehensione haud immunes sint. Quanquam si quis tam atrocia crimina iactet, ut Polymestor, haud scio an nimia sit haec modestia, non deprecari talis culpae suspicionem. Nunc ita loquitur chorus, ut neque arrogantiam reprehendere possis speciem criminis agnoscentis, crimen ipsum negantis, et laudabilis videatur modestia, quam a se ipse propulsat iniuriam, eandem aliis etiam mulieribus fieri pronunciantis. — Postremo monendum est, quod etiam schol. animadvertit, πολλαὶ et αἱ μέν posita esse ἐκ παραλλήλου. Etenim non illud quaeritur, ex multis an pars sit bona, pars deterior; sed quum cunctas culpaverit Polymestor, vere id de multis pronunciari, alias culpae expertes esse dicendum est. [Sensum haberes perspicuum, verbis sic scriptis: πολλαὶ γὰρ ἡμῶν εἰ μέγ' εἰσ' ἐπίφθονοι, οὐ δ' εἰς ἀριθμὸν τ. κ. π. Concedit chorus esse quasdam mulieres malas, multas autem vituperari quidem et criminationibus esse obnoxias, neque tamen propterea malis annumerari debere. — Haec coniectura fortasse aliis non melior; vulgatam autem lectionem pro sincera non habuerim F. I.]

v. 1189. ἔδρασε] Accuratius scripsisset ἔδρασαν, quum praecesserit ἀνθρώποις. Sed illa numerorum permutatio in utraque lingua frequentissima. Tyrtaeus. I. 27. Br. νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν· Ὄφρ' ἐρατῆς (sic scribe cum Valcken.) ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ, Ἀνδράσι μὲν θνητὸς ἰδεῖν ἐρατός τε γυναιξίν. Xenophon. Oecon. III. 5. ἴσως γὰρ ἀναλίσκουσιν οὐκ εἰς ἃ δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἃ βλάβην φέρει αὐτῷ καὶ τῷ οἴκῳ. Eadem ratione Euripides in Androm. 421. οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ Βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν κυρῇ. cf. Suppl. 435. 453. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 28. Matth. Gr. §. 293. p. 587.

v. 1190. σαθρός proprie de fictilibus, quorum suspectus exploranti sonus: hoc loco σαθροὶ λόγοι dicuntur, qui non apti sunt ad persuadendum. In Rhes. 639. Minerva, fallaci oratione Paridem deceptura, Σαθροῖς λόγοισιν, ait, ἐχθρὸν ἄνδρ' ἀμείψομαι. Conf. Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. p. 422. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 177.

v. 1192. οἱ τάδ' ἠκριβωκότες] sc. τὸ εὖ λέγειν τὰ ἄδικα.

v. 1194. οὔτις ἐξήλυξέ πω] Soph. Oed. Col. 280. φυγὴν δέ του Μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.

v. 1197. ὃς φὴς] „Simillima orationis conversio in Soph.

Ἀγαμέμνονός θ' ἕκατι παῖδ' ἐμὸν κτανεῖν.
ἀλλ', ὦ κάκιστε, πρῶτον οὔποτ' ἂν φίλον
τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ἕλλησιν γένος, 1200
οὔτ' ἂν δύναιτο. τίνα δὲ καὶ σπεύδων χάριν
πρόθυμος ἦσθα; πότερα κηδεύσων τινά,
ἢ ξυγγενὴς ὤν, ἢ τίν' αἰτίαν ἔχων;
ἢ σῆς ἔμελλον γῆς τεμεῖν βλαστήματα
πλεύσαντες αὖθις; τίνα δοκεῖς πείσειν τάδε; 1205
ὁ χρυσός, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν,
ἔκτεινε τὸν ἐμὸν παῖδα καὶ κέρδη τὰ σά.
ἐπεὶ δίδαξον τοῦτο· πῶς, ὅτ' εὐτύχει
Τροία, πέριξ δὲ πύργος εἶχ' ἔτι πτόλιν,
ἔζη τε Πρίαμος, Ἕκτορός τ' ἤνθει δόρυ, 1210
τί δ' οὐ τότ', εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν
θέσθαι, τρέφων τὸν παῖδα κἀν δόμοις ἔχων
ἔκτεινας, ἢ ζῶντ' ἦλθες Ἀργείοις ἄγων;

v. 1201. Elmsleius ad Soph. Oed. Col. 731. coni. μηδ' ἂν δύναιτο. Voluit, opinor, οὐδ' ἂν δύναιτο. Vide annot.
v. 1215. καπνῷ] Ald. et MSS. καπνὸς coni. Canterus, quo admisso scriptum oportuit καπνὸς δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπ' ὄν, magno versus detrimento. Quodsi omitti participium posset, ne opus quidem erat mutatione: quandoquidem σημαίνειν, perinde ac δεικνύναι, δηλοῦν et alia eiusdem generis verba, nominativum etiam participii adsciscit.

Oed. Col. 1354." Porson. Cf. Matth. Gr. §. 477. b.
v. 1201. Non esse soloecum, ut censebat Elmsleius, οὔτε post οὐ fidem faciet prolixa disputatio Hermanni ad Medeam a docto Anglo editam p. 330. ed. Lips., quacum coniunge Reisigii Coniect. I. p. 186 s.
v. 1203. ἢ τίν' αἰτίαν ἔχων;] Id est τίνα ἄλλην αἰτ. ἔ. Iph. T. 511. Φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ; Infra 1264. ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ; Vid. Schaefer. Ind. ad L. Bosii Ellips. p. 847 s. ad Soph. Oed. Col. 474. ad Trach. 390.
v. 1205. πείσειν τάδε;] Soph. Oed. Col. 797. ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι. Amphis ap. Athen. XIII. p. 563. C. τί φῄς; σὺ ταυτὶ προσδοκᾷς πείσειν ἐμέ; V. Matth. Gr. §. 421. not. 1.
v. 1207. κέρδη τὰ σά, i. e. αἰσχροκέρδεια ἡ σή.
v. 1211. τί δ'] Interruptam longiore interposita sententia orationem redorditur: cuiusmodi in locis ex more infertur δέ. Isocrates de permut. §. 169 seq. ὅτε γὰρ ἐπαμύνειν ἠρχόμην τοῖς ἰδίοις, ἀπολομένων ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους ἁπάντων τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν – – ὅτε δ' οὖν, ὥσπερ εἶπον, ἠρχόμην πλησιάζειν τισίν etc.
v. 1211. χάριν θέσθαι] El. 61. χάριτα τιθεμένη πόσει. Conf. Dorvill. ad Charit. p. 409.
v. 1215. καπνῷ σημαίνειν, fumo signum dare, quum abso-

ἀλλ' ἡνίχ' ἡμεῖς οὐκέτ' ἦμεν ἐν φάει,
καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο, 1215
ξένον κατέκτας σὴν μολόντ' ἐφ' ἑστίαν.
πρὸς τοῖσδε νῦν ἄκουσον ὡς φανεῖ κακός.
χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα τοῖς Ἀχαιοῖσιν φίλος,
τὸν χρυσόν, ὃν φὴς οὐ σόν, ἀλλὰ τοῦδ' ἔχειν,
δοῦναι φέροντα πενομένοις τε καὶ χρόνον 1220
πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις·
σὺ δ' οὐδὲ νῦν πω σῆς ἀπαλλάξαι χερὸς
τολμᾷς, ἔχων δὲ καρτερεῖς ἔτ' ἐν δόμοις.
καὶ μὴν τρέφων μὲν ὥς σε παῖδ' ἐχρῆν τρέφειν
σώσας τε τὸν ἐμόν, εἶχες ἂν καλὸν κλέος· 1225
ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ ἀγαθοὶ σαφέστατοι
φίλοι· τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους.
εἰ δ' ἐσπάνιζες χρημάτων, ὁ δ' εὐτύχει,
θησαυρὸς ἄν σοι παῖς ὑπῆρχ' οὑμὸς μέγας·

v. 1217. φανῇς Mosqu. B. G. Ask. 3. Flor. 2. 10. 25. Vict. Havn. „quo admisso ὡς esset pro ἵνα." Porson. φανῇ Ald.

v. 1218. Prorsus putida librorum lectio videtur Hermanno, qui edidit εἴπερ ἦσθ' ὄντως Ἀχαιοῖσιν φίλος. Eius coniecturam improbat propter metricas rationes Elmsloius ad Suppl. 303. (Class. Journ. XVI. p. 431). Cf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 117. Nobis quoque nimis severum videtur Hermanni iudicium.

lute dicatur, non addita re, cuius signum fumus sit, offensioni ea res fuit interpretibus. At idem fit in formula ἐσήμηνε τῇ σάλπιγγι scil. ὁ σαλπικτής. Nimirum quae res significetur, sponte intelligimus: tubicine canente, initium pugnae fieri; fumo autem urbis quid aliud quis indicari suspicetur, nisi incensam esse? Quidquid autem non patimur solum, sed etiam facimus non nostra sponte, sed alieno quodam incitamento, ὑπό τινος ποιεῖν dicimur. Cf. Matth. Gr. §. 592. Igitur fumi significatio quum effecta sit igni ab hostibus iniecto, recte addit πολεμίων ὕπο.

v. 1221. ἀπεξενωμένοις] Sophocl. El. 776. φυγὰς ἀπεξενοῦτο. Plato de Legg. IX. p. 866. A. ἐὰν δέ τις — τοὺς χρόνους μὴ ἐθέλῃ πληροῦν ἀποξενούμενος τοὺς εἰρημένους.

v. 1223. τολμᾷς] Vid. ad v. 332. καρτερεῖς, διατελεῖς.

v. 1224. Verba mirum in modum traiecta sic construe: καὶ μὴν τρέφων μέν, ὡς ἐχρῆν σε τρέφειν παῖδα τὸν ἐμόν, σώσας τε, scil. αὐτόν. Turbavit haec res etiam librarios, sed nihil tamen, quod de sinceritate lectionis suspicionem moveat, e codicibus enotatur. Conf. Elmsleium ad Med. 460.

v. 1225. καλὸν κλέος] Hom. Od. α. 95. ἐσθλὸν κλέος. Theocrit. XVI. 58. ἀγαθὸν κλέος. Contra Helen. 135. αἰσχρὸν κλέος.

v. 1227. τὰ χρηστὰ κ. τ. λ.] res secundae ultro amicos alliciunt.

νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον, 1230
χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται παῖδές τε σοί,
αὐτός τε πράσσεις ὧδε. σοὶ δ' ἐγὼ λέγω,
Ἀγάμεμνον, εἰ τῷδ' ἀρκέσεις, κακὸς φανεῖ·
οὔτ' εὐσεβῆ γὰρ οὔτε πιστὸν οἷς ἐχρῆν,
οὐχ ὅσιον, οὐ δίκαιον εὖ δράσεις ξένον· 1235
αὐτὸν δὲ χαίρειν τοῖς κακοῖς σε φήσομεν
τοιοῦτον ὄντα· δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ.

ΧΟΡΟΣ.

φεῦ φεῦ· βροτοῖσιν ὡς τὰ χρηστὰ πράγματα
χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά· 1240
ὅμως δ' ἀνάγκη· καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει
πρᾶγμ' ἐς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι τόδε.
ἐμοὶ δ', ἵν' εἰδῇς, οὔτ' ἐμὴν δοκεῖς χάριν
οὔτ' οὖν Ἀχαιῶν ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον,
ἀλλ' ὡς ἔχῃς τὸν χρυσὸν ἐν δόμοισι σοῖς. 1245
λέγεις δὲ σαυτῷ πρόσφορ', ἐν κακοῖσιν ὤν.
τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥάδιον ξενοκτονεῖν·
ἡμῖν δέ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε.
πῶς οὖν σε κρίνας μὴ ἀδικεῖν φύγω ψόγον;
οὐκ ἂν δυναίμην. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ 1250
πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

v. 1256. *τί δαί με παιδὸς οὐκ ἀ. δ.* Ald. Brub. Herv. 1. et codices haud pauci; unde depravatae sunt quas alii habent lectiones, *τί δ' ἐμὲ* vel *τί δέ με*. Vere monuit Matth., *δαί*, etiamsi non eximendum sit omnino e Tragicis, tamen in oppositione non occurrere.

v. 1234. *οἷς ἐχρῆν*] scil. *πιστὸν εἶναι*. Ceterum ut hoc loco *οὔτε – οὔτε* excipit *οὐ – οὐ*, ita etiam in Hipp. 1321 ss. Soph. Antig. 851 s. Notavi de hoc genere ad Med. 1348. – Mox v. 1237. *τοιοῦτον ὄντα*, int. *οἷοίπερ οἱ κακοί*. Tanta autem fuerat Hecubae libertas dicendi, ut, eam si forte in serva aegre tulisset Agamemno, deprecationem adiiceret: *δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ*.
v. 1243 s. *οὔτ' – οὔτ' οὖν*] Aeschyl. Agam. 457. *μήτ' εἴην πτολιπόρθος, μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλλων βίον κατίδοιμι*.
v. 1247. *ῥάδιον*] Gaius apud Stobaeum Floril. Vol. III. p. 57. *εὐάγωγον δὲ εἰς τὸ ῥαδίως τι τολμῆσαι θυμὸς γυναικός*.
v. 1249. *μὴ ἀδικεῖν*] i. e. *μὴ ἄδικον εἶναι* vel *μὴ ἠδικηκέναι*. Vid. Heind. ad Plat. Protag. p. 463 s. De synizesi, qua *μὴ ἀ –* conflantur, cf. Hipp. 997. Cycl. 272. Heracl. 460. al. vid. Thiersch. Gr. p. 423.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
οἴμοι, γυναικός, ὡς ἔοιχ', ἡσσώμενος
δούλης ὑφέξω τοῖς κακίοσιν δίκην.

ΕΚΑΒΗ.
οὔκουν δικαίως, εἴπερ εἰργάσω κακά.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
οἴμοι τέκνων τῶνδ' ὀμμάτων τ' ἐμῶν, τάλας. 1255

ΕΚΑΒΗ.
ἀλγεῖς· τί δ' ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
χαίρεις ὑβρίζουσ' εἰς ἔμ', ὦ πανοῦργε σύ.

ΕΚΑΒΗ.
οὐ γάρ με χαίρειν χρὴ σὲ τιμωρουμένην;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
ἀλλ' οὐ τάχ', ἡνίκ' ἄν σε ποντία νοτὶς

ΕΚΑΒΗ.
μῶν ναυστολήσῃ γῆς ὅρους Ἑλληνίδος; 1260

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
κρύψῃ μὲν οὖν πεσοῦσαν ἐκ καρχησίων.

ΕΚΑΒΗ.
πρὸς τοῦ βιαίων τυγχάνουσαν ἁλμάτων;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
αὐτὴ πρὸς ἱστὸν ναὸς ἀμβήσει ποδί.

Itaque, nisi cum Brunckio malis corrigere τί δή με vel potius τί δὴ 'μέ;, amplectenda emendatio Porsoni τί δ' ἡμᾶς, quam nemo non elegantiorem esse fateatur.

v. 1256. τί δ' ἡμᾶς;] Rectius, ut opinor, sic interpunximus quam, quod fecit Dindorfius, post τί δ'. Solet enim in his interrogandi formulis, praesertim si qua sit oppositio, res, de qua quid praedicatur, reiici ad pronomen: v. c. apud Platonem Phaedon. p. 65. D. τί δὲ δὴ τὰ τοιάδε, ὦ Σιμμία; φαμέν τι εἶναι δίκαιον αὐτὸ ἢ οὐδέν; vid. Heind. ad Gorg. §. 66. Nominativum autem an accusativum ponas, intelligendum est ex ratione eius sententiae, cui detractum est, quod pronomini adiungitur, nomen. Nominativum, qui referretur ad sequens εἰσίν, posuit Iph. T. 576. τί δ' ἡμεῖς οἵ τ' ἐμοὶ γεννήτορες; ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; cf. Soph. Ai. 101. Philoct. 421. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 123. — παιδὸς ἀλγεῖν. Suppl. 58. ὅσσον ἐπαλγῶ μελέα τῶν φθιμένων, οὓς ἔτεκον. Conf. Matth. Gr. §. 368.

v. 1261. Particulae μὲν οὖν sunt corrigentis ea, quae alter dixerat: immo. Cf. Or. 1511.

ΕΚΑΒΗ.

ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κύων γενήσει πύρσ' ἔχουσα δέργματα. 1265

ΕΚΑΒΗ.

πῶς δ' οἶσθα μορφῆς τῆς ἐμῆς μετάστασιν;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε.

ΕΚΑΒΗ.

σοὶ δ' οὐκ ἔχρησεν οὐδὲν ὧν ἔχεις κακῶν;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

οὐ γάρ ποτ' ἂν σύ μ' εἷλες ὧδε σὺν δόλῳ.

ΕΚΑΒΗ.

θανοῦσα δ' ἢ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω βίον; 1270

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

θανοῦσα· τύμβῳ δ' ὄνομα σῷ κεκλήσεται

v. 1270. *βίον* omisit Flor. 21. manifesto mendosum videtur Porsono, cui placet coniectura Musgravii, *ἐκπλήσω πότμον.* Brunckius scripsit *μόρον*, quod commendat etiam Iacobsius Anim. in Eurip. p. 9. Non opus esse mutatione, si quis recte explicaret hunc locum, docuit Hermannus, cuius in annot. exposui interpretationem.

v. 1271. *σὸν* Ald. rell., quod intulit, opinor, aliquis, qui non animadverteret continuari orationem v. 1273.

v. 1272. *ἢ τί*] Ald. rell. *ἤ τι* Gu. *ἦ τι* Br. Pors. Nihil desiderabatur in Aldina lectione, nisi ut haec verba a reliqua oratione distinguerentur interpunctione. Nec tamen ingenii laude fraudandus Reiskius, qui coniiciebat *ἢ τύχης ἐμῆς ἐρεῖς.*

1521. Iph. A. 893. Soph. Ai. 1363. Aristoph. Plut. 437. Herm. ad Vig. p. 845.

v. 1265. „Idem vaticinium alibi dederat Euripides apud Plutarchum de Is. et Osir. p. 379. E. *Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει.* Quem ridet Aristophanes apud Eustathium ad Od. *Γ.* p. 1467, 37 = 127, 17. *καὶ κύων ἀκράχολος Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου γενήσομαι.*" Porson. Cicero Tusc. III. 26. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam. Conf. Dio Chrysost. Or. XXXIII. T. II. p. 29. R.

v. 1267. „De oraculo hoc Bacchi vide Herodot. VII. 111. Macrob. Saturn. I. 18." *Musgravius.*

v. 1269. Partem responsionis suppressam esse docet particula *γάρ.* Supplendum *οὐκ ἔχρησεν.* Sophocl. Aiac. v. 1120 s. *M. Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν. T. οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην.*

v. 1270. *Ἐκπλῆσαι βίον* si simpliciter significaret vivere, ridiculum esset profecto, ut visum est Musgravio, coniun-

ΕΚΑΒΗ.
μορφῆς ἐπῳδόν, ἢ τί, τῆς ἐμῆς ἐρεῖς;
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.
ΕΚΑΒΗ.
οὐδὲν μέλει μοι, σοῦ γέ μοι δόντος δίκην.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
καὶ σήν γ' ἀνάγκη παῖδα Κασάνδραν θανεῖν. 1275
ΕΚΑΒΗ.
ἀπέπτυσ'· αὐτῷ ταῦτα σοὶ δίδωμ' ἔχειν.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος, οἰκουρὸς πικρά.
ΕΚΑΒΗ.
μήπω μανείη Τυνδαρὶς τοσόνδε παῖς.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
καὐτὸν σὲ τοῦτον πέλεκυν ἐξάρασ' ἄνω.

v. 1279. καὐτόν γε τοῦτον Aug. c. Flor. 2. Vict. quod recepit Porsonus. cf. annot. ad v. 976. καὐτόν τε τοῦτον Ald. rell. male. καὐτὸν δὲ τοῦτον tres Mosqu. Aug. b. d. Gu. et sex Florr. quod ferri poterat. Sed longe optimum quod e Paris. A. Ask. 2. 3. R. Flor. 10. 21. 25. 33. post Br. et Herm. reposuit Matth. Gravis est subita haec orationis ad Agamemnonem conversio; neque opus, ut v. 1278. contra libros tribuatur Agamemnoni, quod faciendum videbatur Porsono, si quis σὲ probaret. Reisig. quidem Coniect. I. p. 166. tuetur γε, alienam arbitratus hanc compellationem οὗτος σύ, nisi si Agamemno nulla Polymestoris ad ipsum conversione nunc primum sermonem inciperet. Et est haec subtilis observatio viri praestantissimi: sed ea quod voluit sic demum efficeretur, si v. 1278. pronunciaret Agamemno.

ctum cum illo θανοῦσα, tautologicum autem ζῶσα. At ἐκπλῆσαι βίον est ad vitae finem pervenire; ἐνθάδε copulandum cum participiis θανοῦσα et ζῶσα, ut hoc dicat Hecuba: „utrum moriens eo loco, ubi me saltu in aequor dedero, an vivens ad vitae finem perveniam?"

v. 1272. ἢ τί] διὰ μέσου. Similia indicavi ad v. 605. huius fabulae.

v. 1273. Τὸ τῆς Ἑκάβης μνημεῖον in promontorio prope Elaeuntem commemorat Diod. Sic. XIII. 40. Cf. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 330 s.

v. 1276. ἀπέπτυσ'] Nota abominandi formula: cf. Hipp. 614. Iph. A. 874. Iph. T. 1161. Hel. 672. Aoristus pro praesente, v. Herm. ad Vig. p. 746. Ad sequentia comparandus Cycl. 270, ubi postquam culpa se vacare asseveraverat Silenus addideratque haec: ἢ κακῶς οὗτοι κακοὶ Οἱ παῖδες ἀπόλοινθ' οὓς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ, respondet chorus: αὐτὸς ἔχ'.

v. 1278. μήπω verecunde in votis pro μήποτε dicebant. Soph.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὗτος σύ, μαίνει καὶ κακῶν ἐρᾷς τυχεῖν; 1280

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κτεῖν', ὡς ἐν Ἄργει φόνια λουτρά σ' ἀναμένει.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐχ ἕλξετ' αὐτόν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἀλγεῖς ἀκούων;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐκ ἐφέξετε στόμα;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἐγκλείετ'· εἴρηται γάρ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐχ ὅσον τάχος

νήσων ἐρήμων αὐτὸν ἐκβαλεῖτέ ποι, 1285
ἐπείπερ οὕτω καὶ λίαν θρασυστομεῖ;
Ἑκάβη, σὺ δ', ὦ τάλαινα, διπτύχους νεκροὺς
στείχουσα θάπτε· δεσποτῶν δ' ὑμᾶς χρεὼν
σκηναῖς πελάζειν, Τρῳάδες· καὶ γὰρ πνοὰς
πρὸς οἶκον ἤδη τάςδε πομπίμους ὁρῶ. 1290
εὖ δ' ἐς πάτραν πλεύσαιμεν, εὖ δὲ τὰν δόμοις
ἔχοντ' ἴδοιμεν, τῶνδ' ἀφειμένοι πόνων.

El. 403. *Οὐ δῆτα· μήπω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή.* Noster Heracl. 359. *μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὕτω καὶ καλλιχόροις Ἀθάναις εἴη.* Similiter *οὔπω* dicitur in Soph. Oed. T. 594. *οὔπω τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ.* Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 458. – *μανείη.* Notanda formula, qua utuntur qui fortius abhorrere se ab aliqua re declarant. Lucian. Phalar. I. §. 11. *μὴ γὰρ οὕτω μανείην.* Cf. eundem Tox. §. 50. encom. Demosth. §. 5. Dial. meretr. T. III. p. 283.

v. 1280. *οὗτος σύ*] Indignantis et vehementius commoti haec est compellatio, ut apud Soph. Oed. T. 532. *οὗτος σύ, πῶς δεῦρ' ἦλθες;*

v. 1281. Varias de caede Agamemnonis narrationes exposuit Nitschius Lex. Mythol. T. I. p. 106 seq.

v. 1285. Vetus hoc atque usitatum poenae genus. Cf. Hom. Od. γ. 270.

v. 1286. *καὶ λίαν*] *Καὶ* intendit vim voculae *λίαν*, ut apud Hom. Od. α. 46. *Καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ.* Vide Elmsleium ad Medeam v. 513. Fritzschium Quaest. Luc. p. 5 ss.

ΧΟΡΟΣ.

ἴτε πρὸς λιμένας σκηνάς τε, φίλαι,
τῶν δεσποσύνων πειρασόμεναι
μόχθων· στερρὰ γὰρ ἀνάγκη. 1295

v. 1294. τὰς δεσποσύνους Flor. 33. correctum, ut opinor, ex v. 101. coll. 1288.

$2/9$ $\frac{1}{2} + \frac{1}{6} + \frac{1}{12}$ $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{12}$

$2/2$ $\frac{1}{2} + \frac{1}{6} + \frac{1}{12}$

$2/1$

$2/10$

LGr
E89Pf
575
Euripides
Tragoediae; ed. by Pflugk. Vol.1[2], only.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED